







*Pr. 55. num. 51.*

*1770, 6*

*6*

DISSERTATIO INAUGURALIS IVRIDICA  
DE  
TESTAMENTIFACTIONE  
BREMENSI

QVAM  
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
G E O R G I O I I I

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
DEFENSORE FIDEI DVCE BRVNSVICENSI AC LVNEBVRGENSI  
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE  
RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO.

INCLVTI IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE ET PERMISSV

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

HENRICVS LAMPE

BREMA-SAXO

D. XVI. IVNII MDCCCLXX.

GOTTINGAE

LITERIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



*103*





10111111111111111111

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

TESTAMENTARIE

11111111111111111111

11111111111111111111





LIBERAE ATQVE INCLVTAE  
SACRI ROMANI IMPERII  
REIPVBLICAE BREMENSIS

SENATVI  
SPLENDIDISSIMO

VIRIS

PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS  
EXCELLENTISSIMIS AMPLISSIMIS  
CONSULTISSIMIS PRVDENTISSIMISQVE

DOMINIS

CONSULIBVS

DOMINO

SYNDICO

DOMINIS

SENATORIBVS



PATRIAE PATRIBVS  
RELIGIONIS LIBERTATIS ET IVSTITIAE  
DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS  
MV SARVM TVTORIBVS OPTIMIS  
PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS  
INDVLGENTISSIMIS  
OMNI REVERENTIAE CVLTV AETATEM  
PROSEQVENDIS  
PERENNEM FELICITATEM FAVSTISSIMOSQVE  
SAPIENTISSIMORVM CONSILIORVM SVCCESVS  
PIE APPRECATVR  
SIMVLQVE  
DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM  
DEVOTA MENTE

SACRAM FACIT

HENRICVS LAMPE



DISSERTATIONIS IVRIDICAE INAUGVRALIS

DE

TESTAMENTIFACTIONE BREMENSIS

CONSPECTVS.

CAPVT I. *Origines testamentifactionis Bre-  
mensis.*

Testamentifactio Germanis §. 1., et hos in-  
ter Frisyonibus et Chaucis §. 2., eorumque se-  
des occupantibus Saxonibus §. 3., incognita fuit.  
Innotuit prima Germaniae a Romanis debella-  
tae, horum ditionibus vicinae, et populis Ro-  
manorum prouinciis infusis §. 4; deinde Ger-  
maniae Magnae clericorum studio §. 5. 6; repu-  
gnantibus Germanorum moribus §. 7. Tractum  
Bremensẽm intrauit seculo XIII. §. 8, ipsam ci-  
uitatem seculo XIV. §. 9. 10; sed ibi iuris Ro-  
mani notitia deficiente, vnicum testamentorum  
requisitum erat voluntatis certitudo, seruata,  
dum



dum conderetur testamentum, declaratae voluntatis memoria ad legitimam probationem sufficiente, euincenda §. 12. In hunc finem vltimae voluntatis sententia I. coram duobus testibus Iuratis declarata §. 12; II. chartae inserta §. 13, seu instrumentis 1) priuatis §. 14, 2) publicis, vel a) in Senatu confectis §. 15, vel b) coram Senatoribus quibusdam. Testandi modus vltimo loco nominatus, hodie solus vsu superstes, est Germanicae originis et vetustissimi aevi §. 16, in testamentis, aequae ac in aliis ciuilibus negotiis, ad conseruandam gestorum memoriam adhibitus §. 17; non surrogatus testamentis coram Iuratis conditis, nec formae in c. 10. et 11. x. De testam. et vltim. volunt. descriptae imitatio §. 18; nec ex norma testamentorum iudicialium diiudicandus §. 19, nec Germanorum mori, maioris momenti negotia in iudicio pertractandi, originem debet §. 20.

CAPVT II.



CAPVT II. *Testamentifactio iure Bremensi limitibus circumscripta.*

Testamentifactioni, quia per illam de bonis dispositio fit, scriptae sunt limites, quos ius patrium donationi in genere sic dictae posuit §. 1. Negata est testamentifactio impuberibus, coniugibus; adhibito curatore permessa foeminis §. 2. De bonis hereditariis immobilibus §. 3, et certo respectu de bonis in communionem coniugum vniuersalem illatis §. 4. 5, nulla competit testandi facultas; rerum expeditoriarum et geradicarum discrimen autem hodie cessat §. 6.

CAPVT III. *Testamentifactionis Bremensis forma hodierna.*

Testamentum vel ex forma iuris Romani, vel more auito coram duobus Senatoribus conditur §. 1. Testator vel ipse tabulas conficit,



conficit, vel, quas ab alio conscribi curauit, characteribus distinguit, ipsum cuncta scripti contenta cognita habuisse, indicantibus §. 2.3.4; nec legata ad moenia vrbis et viam publicam scribenda §. 5, multo minus vero, in testamento stricte sic dicto, directi heredis institutionem negligit §. 6. Senatores testamentificationi praesentes §. 7, in primis attenti sunt, ad ea quae certitudinem voluntatis villo modo promouere possunt §. 8.9, deinde oblati tabulis obfignatione et nominis subscriptione fidem attribuunt §. 10. De publicatione et executione vltimarum voluntatum varia iure Brementensi sancita sunt, ipsis legibus praeceuntibus breuiter enarrata §. 11. finali.

CAPVT I.



CAPVT I.  
ORIGINES TESTAMENTIFACTIONIS  
BREMENSIS.

§. I.

**S**uccessionem, iusta voluntatis reuocabilis sententia, delatam antiquis Germaniae incolis plane incognitam fuisse, is se facile persuasum habebit, qui voluntate possessoris ad extremum vitae halitum ambulatoria alteri quaeri posse, quod auferatur alteri, ius succedendi, merum Iuris Ciuilis inuentum, a Quiritibus subtiliter excogitatum praedicat, ex aduerso autem ponderat, Germanos, ex *Taciti* testimonio, nec astutos, nec callidos fuisse, nec parandarum opum anxios, sed quibus argentum et aurum, propitii an irati Dii? negauerant, et quibus, quod sanguine parere poterant, omni alio modo acquirere iners videbatur. Comprobat vero, nullam apud veteres Germaniae incolas quaerendam esse testamento delatam successionem, omni fide dignum *Cornelii Taciti* testimonium, *de moribus Germanorum*. Cap. XX.

*Heredes tamen successoresque sui cuique liberi: NULLVM TESTAMENTVM. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, (a) fratres, patru, auunculi.*

Tam

(a) Lestionem hanc, ex codicibus Taciti maxime probatis, et iure succedendi veteris Germaniae, in conpossessione et bonorum communi-  
A one



Tam graue est hoc testimonium ex vltima antiquitate desumptum, tamque perspicuum, vt qui in tanto veritatis splendore contrariam amplecti sententiam et testamentorum vsum Germanis tribuere vellet, de tenebris solis meridiani conqueri velle videatur. Non desunt tamen magni nominis viri, qui, hunc locum Taciti non omnem testamentorum vsum inter Germanos excludere, sed negare tantum, testamenta Romanis solennitatibus vallata ab ipsis celebrari, asserunt; vel defendunt, tantum testamento locum non fuisse, quousque heredes successoresque liberi adessent, hisce non existentibus et coniuge non superstite, gauisos esse Germanos, haud secus ac Romanos, suis vltimis voluntatibus, queis bona in alios transferre eisque nihilominus vsque ad mortem gaudere liceret. Ex priorum parte stat Marq. Freherus (*b*), statuens; Tacitum negare notitiam testamentificationis, solemnitatibus in Latio adiuuentis celebratae. Sed qui successionem vi vltimae voluntatis a naturali via declinantem, Romanorum institutum esse, ab his solis variis mutationibus longoque temporum decursu adiuuentum, profitentur, faciles erunt conuicti, Tacitum nullam inter Germanos agnoscere vltimae voluntatis speciem vel formam,

nione fundato, defendunt; *M. von Wicht im Ostfries. Land. R. Vorber.* pag. 17. Not. aa). *I. C. H. Drayer Sammlung verm. Abhandl. Tb. I. p. 104*; et, qui primo loco nominandus erat, Illustris Gebauer in vestigiis Iuris Germ. antiquis. Ex. XIII pag. 565. contra H. C. Senckenberg in

Diss. De Origine Testamenti publici C. 3. §. 3. et I. N. Hertium de Veteris German. populis P. I. C. 3. §. 16. qui, in *successione* legendum, esse volunt.

(*b*) de legitima Tutela curaque Electorali Palatina, Heidelberg. 611. 4to pag. 415.



nam; et si quam a Romanis Germani acceptam tulissent testamentifactionem, pugna Variana tamen sine dubio, inimicum moribus patriis inuentum, radicitus deleuit, ita vt Tacitus de sua aetate verissime *nullum testamentum* praedicare potuerit (c).

Ad existentiam liberorum adstringere voluit Taciti testimonium S. Stryk (d), sed sibi ipsi non constans, diuortium cum hac sententia fecit (e). Maiori eruditionis apparatu autem eandem defendit, V. C. A. C. Senckenberg (f); et qui eius vestigia presso sequitur pede I. C. Balser (g). Sed actus a Germanis frequentati, ad quos hi viri egregii prouocant, bonorum diuisiones, pollicitationes, donationes in casum mortis suspensae quibus ipsa proprietas transferebatur, reuocata vtendi fruendi facultate, in eo quam maxime recedunt ab instituto iuris Quiritium, quod, ex duorum voluntate celebratae, ius perfectum contrahentium alteri exinde quaeratur, et irrevocabilem promissa seruandi alter recipiat obligationem, consequenter naturae pactorum propiores accedant, quibus delatum esse inter veteres Germanos ius hereditarium nemo vnquam dubitauit. Vltima voluntas iuris Quiritium contra vnilaterale negotium est, quo nullum viuo possessore ius perfectum transfertur, sed, ad extremum vitae exitum reuocabi-

(c) Vid. Illustris Gebauer. 1. c. pag. 567.

(d) in Tr. De successione ab intestato. Dis. VIII. Cap. 1. §. 2. 3.

(e) in V. M. L. XXVIII. Tit. 1. §. 1.

(f) in Dis. cit. Cap. 3. per totum.

(g) in Dis. De Testamenti iudicialis forma externa. Cap. 2. §. 38. sq.



uocabilis, non reuocata ius succedendi mortuo possessore nasci efficit, vi cuius, quandoque consensu heredis accedente, hereditas acquiritur.

Haec aliaque argumenta, existentiam vltimarum voluntatum apud veteres Germanos penitus peruertentia, et dicto Taciti, qua praelucet perspicuitatem vindicantis, ex instituto pertractarunt et mihi in iis allegandis otium fecerunt, Viri insigni rerum Germanicarum notitia ac iuris patrii amore aequae conspicui; *W. C. G. C. Gebauer (b)*, *M. de Wicht (i)*, *I. A. Kopp. (k)*, *I. G. Heineccius (l)*, *I. N. Hertius (m)*. Alios, eadem sentientes, citat ipse *V. C. Senckenberg (n)*, contrariam strenue defendens sententiam.

## §. 2.

De Frisonibus et Chaucis quoque, hodierni tractus Bremensis tunc temporis incolis, assertum esse, de moribus Germanorum in genere dictum, Taciti testimonium, laudes eximia quibus gentes haec euehit historicus, probare videntur. Quas enim gentes, virtute et honore coeteris Germaniae populis praeceminuisse praedicat, nonne earum mores ipsi praecipuae curae fuisse dixeris? Vt ita de his quoque

(b) l. c. pag. 570.

(i) qui Senckenbergium praecipue referendum sibi sumit, *im Vorber. z. Ostfries. Land-R.* pag. 15. seq.

(k) de Testamentis Germanorum iudicialibus et sub dio conditis. §. 2.

(l) Sylloge Opusculorum. Ex. XXVI. §. 9. et in Elem. Iur. German. II. §. 143.

(m) l. cit. Opuscul. edit. Hombergianae Vol. II. Tom. I.

(n) in Diss. De origine Testamenti publici. C. 3. §. 1.



quoque verissimum sit, nullum iis fuisse testamentum, sed omnem successione[m] seruato ordine, quem natura ipsa iubere videtur, esse delatam (o). A vicinia autem mutuatum argumentum, quam Tacito, harum gentium mores optime cognoscendi, occasionem dedisse perhibent, vrgeri non audeo, cum tantis adhuc obnoxium sit dubiis, an C. Cornelius Tacitus historicus, idem sit, quem Plinius Procuratorem Galliae Belgicae vocat (p).

Erant Frisiones et Chauci diuersae, si originem spectaris, gentes, successu temporis in vnicam coaluerunt rempublicam, et iisdem viuentes moribus, maiori quam scriptae leges in pretio iis constitutis, iuncta opera communem promouentes salutem, *clarum inter Germanos Frisum nomen*, cum *Chaucorum populo inter Germanos nobilissimo* (q), communicatum est.

## §. 3.

Accedens deinde Frisionum Chaucorumque vnitus populus, foederi, libertatis tuendae gratia contra Alemannos et Romanorum potentiam, inter gentes Germanicas intra Albim, Rhenum et mare Germanicum habitantes, sub communi Francorum nomine sancito, in terris Rheno confinibus, armis eius debellatis, et Romanorum tyrannide depulsa auitae libertati restituta, quicquid Italicum

A 3

solum

(o) Cf. de Wicht. l. c. pag. 8. seq. P. II. pag. 230.  
 (p) Vid. V. C. G. C. Hambergers Nachricht von Schriftstellern. M. G. c. 35.  
 (q) Tacitus. Anal. IV. 74. et de



solum redoleret deleuit, nullumque Romanae potentiae odiosum voluit superesse vestigium. Si quae igitur in Germania, Romanis cis-Rhenana dicta, institutorum morumque Romanorum inuenirentur reliquiae antiquissimi aevi, tamen simile quid in Germania Magna, seu trans-Rhenana, obtinuisse inde concludi nequit. Huius enim incolae, si quando a Romanis victi nunquam tamen perdomiti (\*), nec magis Romanum ferre imperium, et pristinam libertatem obliuioni dare, didicerunt, quam Romanorum admare vitia, et quae populus Romanus volebat iubebatque pro lege ipsis scripta venerari, potius id omne maximo prosequentes odio (†).

Quas Frisonum Chaucorumque, pro defendenda sua vicinorumque libertate, suscepta expeditio et infecuta terrarum armis debellatarum occupatio, incolis priuauerat regiones, Saxones, antiquas in hodierna Holsatia et Chersoneso Cimbrica egressi sedes et Albim transgressi, sibi vindicarunt, cum Chaucis Frisonibusque postea coniuncti, ad Visurgim et Rhenum vsque dominati sunt. Iunctis viribus non solum Romanorum infestant terras seculo IVto, pulsisque Gallis Batavorum insulam occuparunt, sed et, vi eiu dem amicabilem foederis, ex vtraque gente expeditio in Angliam Ducibus Hengit et Horst seculo Vto facta est (‡).

Eadem

(\*) L. A. Flori Epitome Histor. Rom. L. IV. cap. 12.

(†) von Wicht. l. cit. pag. 26. seq.

(‡) von Wicht. l. cit. pag. 35. seq.

B. de Westphalen Monumenta ined. rerum Germ. etc. Tom. III.

praef. p. 69. seq. Praesertim vide C. V. Grupen V. C. Obseru. von der Sachsen Uebergang in Britannien aus Altsachsen: quae O. Fern. Rer. et Ant. q. Germ. et Roman. VI. est. pag. 79. seq.



Eadem autem Saxonum Chaucorumque amicabilem coniunctio effecit, ut quae in antiqua Chaucide, cuius pars tractus Bremensis fuisse dicitur, sedes antiquas retinerent defenderentque, incolae ex Chaucorum partim, partim ex Saxonum gente oriundae, Saxonum viverent moribus legibusque, ultimas voluntates plane ignorantibus. Si qua enim in Lege Saxonum datur licentia, traditionem suam facienti Ecclesiae aut Regi, ea ad venditiones, donationesque, accedente traditione et ab altera parte acceptatione, adeoque ad negotia bilateralia, erit restringenda. Ab horum frequentia autem, cuique genti propria et necessaria, argumentum duci nequit ad noticiam et usum liberalitatis ex unius voluntate peragenda, qui illa non solum alicui conferri quid vult post mortem, sed illud etiam post mortem velle censetur, ita ut ei in quem exercetur liberalitas nullum ius quaeratur, et donator aequo nullo iuris vinculo adstringatur, donec huius morte confirmata voluntate, alteri ius nascatur.

Nec veterum scriptorum narrationes alia tueri suadent. Quae enim a S. Stryk (*u*) in testimonium vocantur verba, ex C. Lehmanno (*x*) excerpta, a Lehmanno vero ex anonymi scriptoris vita Ludouici pii, ad annum DCCCXIV. desumpta, quibus ante Carolum M. apud Saxones Frisonesque in usu fuisse testamentifactionem probare annititur, ea non de testamentifactione Saxonibus Frisyonibusque a Carolo M. adempta, a Ludouico pio autem restituta, esse intelligenda,

(*u*) in Tr. De successione ab intestato. Diss. VIII. Cap. 1. §. 3.      (*x*) in Chron. Spirensi, I., II. Cap. 20. pag. 98.



genda, sed, de iure succedendi in bona auita, a Carolo M. ob gentium perfidiam fisco adjudicata, benignitate Ludouici pii iis iterum permiffa, esse interpretanda, docuit egregie I. G. Heineccius (y). Firmo igitur talo stat probatio: Testamentorum, tam inter Saxones Frifionesque liberos et gentiles, quam inter easdem gentes a Pipino Heriflallio debellatas, a Carolo Magno perdomitas et ad Christianorum fidem, vi armorum magis quam veritatis conuictione, conuerfas, nulla nec sub Carolo M. nec fequentibus feculis reperiri veftigia.

## §. 4.

Probato non vfu testamentorum apud incolas Germaniae Magnae, neceffe erit hiftoriam introductae testamentifactionis, hodie frequentiffimae, pro virium modulo paucis explicare. Quousque testamentifactio, institutum iuri Romano proprium, ex ipfa legum Romanarum cognitione in Germaniam profecta est, inftar regulae valet thefis; Prouincia Germaniae a Romanis olim debellata, vel Romanorum ditionibus vicina, et cum hisce commercia exercens, vel populus occupatis Romanorum prouinciis infusus, cum ipfa Romanarum legum cognitione, etiam testamentorum notitiam accepit. Gens autem a Romanorum ditionibus remotior viuens, Romanorum imperium nunquam agnofcens, nec armis congressa, nec bello perdomita

(y) Sylloge Opusc. Ex. XXVI. *Ostfries. Land-R.* pag. 76. feq. et ad §. 9. et. etiam de *Wicht Vorber.* z. L. I. C. 43.



domita iura Latii addiscens, nullam testamentorum notionem nacta est, vel demum post longa temporum interualla, nec ex immediata legum Romanarum cognitione (z). Hoc posito principio, non valet consequentia a mentione testamentorum, quae in LL. Ostrogothorum, Wisigothorum, Burgundionum et Longobardorum sit, ad vsum eorundem coaeuum in Germania Magna. Huius enim incolae, inuito consistentes solo, veterum morum fuerunt tenacissimae; et donabant quidem, quamdiu integra fruerentur valetudine, statim accedente traditione, vltimas voluntates autem condere nesciebant; et si quando in chartis, in Germania Magna conscriptis antiquioribus, *testamenti* vocabulum occurrit, non in sensu Iuris Romani sumitur, sed quodlibet instrumentum ad probationem cuiuslibet contractus confectum denotat, vti et *terra testamentalis* dicitur, cuius possessio charta confirmata est (a). Duorum in idem placito et consensu celebrabantur oblationes fidelium, populis Germaniae ad Christianorum sacra conuersis frequentissimae, contractu *precaria*, vel *praestaria* dicto; quo proprietates rei donatae in Ecclesias aliae pia corpora transferebatur, eius vsumfructum autem donator, ex beneficio

(z) I. Schilter Iurispr. Rom. Germ. for. Ex. XIV. §. 39. I. A. Kopp D. de testam. Germ. §. 2.

(a) I. G. Heineccii Elem. I. G. II. §. 180. H. C. Senckenberg de Orig. testamenti publ. C. 1. §. 2. F. E. Vogt. D. de testam. sec. iura Sleswic. et Holfat. §. 1. C. du Fresne in Glossario med. et infimae latinita-

tis. Tom. VIto pag. 1100. seq. voce *Testamentum*: illam generali significato, quoduis diploma, praecceptum, quamuis chartam testium subscriptione munitam, indigitare, ait; in specie vero, donationem, seu chartam quae in donationis ac largitionis argumentum conscribitur, significare.



ficio quasi Ecclesiae, recipiebat ad dies vitae, non tamen liberum, sed sub promissione annui census, in recognitionem translati domini Ecclesiae praestandi (aa). Quae itaque P. Hachenberg (b) de seculo Xmo conqueritur; „ingredior tempus effoeminatum, in quo fides Christiana valde coepit deficere, et declinare a pristina virilitate, sanctitasque Papas et Episcopos demisit, et ad Imperatores accessit: — Vnicum studium bonis operibus inclarescere, exstruere monasteria, ac Sacerdotes opibus mactare; inde vita aeterna, inde scelerum expiatio sperabatur, etc. si has inquam similesque querelas (c), de largitionum, Ecclesiis piisque causis hoc aevo factarum, frequentia, ita interpretari velis, exercitam esse liberalitatem male piorum hominum donationibus inter viuos, seu per modum contractus precariae, etiam seculo Xmo iustissima erit earum ad Germaniam Magnam applicatio; sin vero illas de legatis ad pias causas intelligi posse censeas, valde dubito, probari posse, hoc et proxime sequentibus seculis per vltimas voluntates ditatas esse Ecclesias in Germania Magna. Quod enim inter viuos, tantis solemnitatibus, duplici interueniente traditione, seu efflucatione, peragi deberet bonorum translatio ad Ecclesias et pia corpora (d), id ipsum nos edocet, clericis diuitiarum avidissimis cognitum non fuisse compendium,

(aa) I. N. Hertius in Notitia R. Franc. Veter. Cap. III. §. 58. Opuscul. edit. Hombergk. Vol. II. Tom. 3. pag. 213.

(b) in Germania media. Dissert. VIII. quae est de religione Christia-

na vet. Germanor. §. 12.

(c) Conferat, cui lubet; C. Libmanns Speyersche Chronick. Lib. 2. Cap. 19. pag. 92.

(d) Kopp, De Testam. Germ. §. 5.



um, quo idem, sine solemnitatum apparatu, Ecclesiae quaeri possit lucrum, qui breuissimam certe elegissent viam, qua ad eundem finem peruenire poterant, si istam cognitam habuissent.

## §. 5.

Sed nec Germaniae Magnae incolas, per omne aeuum latere potuit praerogatiua, moribundis indulta a Constantino Imp. in l. I. C. de SS. Eccles. vt, postquam iam aliud velle non possunt, supremae voluntatis liber sit stylus, et licitum quod iterum non redit arbitrium, clericis ad fundandas dotandasque Ecclesias maxime proficuum. Quanto faciliores enim homines esse solent ad legandas pecunias post mortem ab herede praestandas, quam ad donandas easdem, vt ipsi iis careant; quanto minoris interest cuiusque, quis possessurus sit bona iamiam derelinquenda, dummodo ipse quoad possidet iis quiete fruatur; tanto magis clericorum intererat, vt, quae hucusque inter viuos peractae erant in Ecclesias piisque causas largitiones, a moribundis celebrarentur, et vt ab heredibus praestanda essent, quaecunque Ecclesiae piisque causis praestari, moribundus consenserat magis, quam iusserat. Accedebat, quod, quae hucusque in Ecclesias collatae erant liberalitates, ab iis fieri debuissent, quibus mens sana in corpore sano erat; vltimae voluntates autem condi possent a moribundis, qui stolidi et fracto praediti animo, cum iam se morituros esse putabant, ad quaeuis permoueri possent metu, in viram constantem non cadente. Adde lepidum clericorum inuentum, quo nullum vnquam magis commodum repertum est, ad incutiendum moribundorum fragili pectori metum inanem, vt quaeuis



donarent legarentur, non vt in totum se liberatos scire, sed liberationem tantum sperare possent. Tale erat ignis purgatorius, quo inexpiabili se, suosque maiores, pro immensis quae commississent peccatis detentum iri, laicis clerici persuaderent, nisi bona sua, vel maximam eorum partem, Ecclesiae vel coenobio cuidam addicerent, vt missis et vigiliis expiarentur animae. Hanc liberalitatis suae causam cordate profitentur donatores testatoresque, in innumeris mediæ aevi chartis, nec celant certam persuasionem, se in compensationem oblationum Deo, sanctis, eorumque Ecclesiis sacrarum, suam maiorumque æternam salutem certissime reportaturos.

Non tamen vnica causa commendatae testamentifactionis a clericis, et ab iis praecipue, qui inter clericos maxima praesulgent dignitate, Episcopis, erat auri sacra fames; accedebant et aliae rationabiles et aequitati innitentes. Seruorum in Germania maxima erat copia, ruri degentes terramque colentes, in urbibus contra ciues rari; has vt ciuium numero augerent, et sedes episcopales et archiepiscopales frequentiores magnificentioresque redderent, moribus inter pia opera quam maxime commendabant Episcopi, et commendari faciebant, vt seruorum suorum certum numerum libertate donarent (e), quo tanquam liberi in vrbes migrare et ciuium numerum augere possent (ee).

§. 6.

(e) Legatum libertatis olim inter pia opera fuisse relatum, et inde pro salute animae vltimis voluntatibus insertum, probatum dedit, B. I. H. Boehmer in Iure Eccles. Prot. T. II. L. 3. Tit. 5. §. 27. (ee) cf. Hertius. l. cit. pag. 212.



## §. 6.

Variis mediis clerici, quos animo habebant, fines obtinuerunt, et ut peregrinum institutum civitatem Germanicam quasi acquireret, effecerunt. Primum inter illa locum merito tenet, in signe illud audaciae clericorum specimen, quod ipsis antiquarum legum codicibus sacrilegas manus inferre non erubuerint; quas, cum ii soli legere et scribere possent, et perpetuo manibus tenerent, et quae laici scire optabant cum his communicarent, describendo corruerunt, quaecumque ipsorum commodis minus proficua inuenirent delendo, legatorum ad pias causas vero, et facultatis pro salute animae libere legandi, mentionem inferendo, qualia ne nominatenus quidem noscerent, horum codicum vetustissimorum conditores (f).

Aucta ita ipsis legibus, quanquam corruptis, praeceuntibus vltimas voluntates condendi libertate, non contenti erant clerici, quod laicis earum confessionem suaderent, sed quibus superstitio et anathematis fulmen ab ipsorum sanctis manibus pro lubitu vibratum, tremorem incusserant, officii instar iniungebant testamentifactionem, iubebantque (g). Vti enim de legatis ad pias causas vnice sollici-

B 3

ti

(f) Talis corruptionis plura exempla afferit; de *Wichb. Offfrief. L. R. L. II. c. 174.* pag. 480. seq.

(g) Probant assera 1) Literae Ottonis Ep. hildensem. D. Bransv. anni MCCLXXII. adiectae *V. III.* G. L. Boehmeri Obseru. I. Canon. ad Obs. IV. Ibi; „Si autem, quod

*absi,* aliquem ex ipsis intestatum decedere contigerit, etc. 2) In Codice Iur. Hamburg. antiquis. anni MCCLXX. P. IV. c. 4. dum vxori, prohibita testamentifactio in fauorem piae causae permittitur, illam necessitatis et officii esse indicatur, verbis: *Eine Vrowwe mach wol, und*  
not



ti erant clerici in ordinandis vltimis voluntatibus, quae inde principale testamentorum faciebant caput, synonymice vstatae fuerunt locutiones, vltimam voluntatem condere, et animae saluti prospicere; quod ex stylo huius aevi dicitur, *pro anima iudicare* (gg), *dare causam Dei*; (b) germanice: *Der Seele gerathen*, *Seel-Geräthe*, *Seelen-Geschäfte setzen*. Vnde successu temporis prognata est opinio: si quis, forsitan morte praeuentus, pro salute animae missas et vigiliis, earumque compensationem coenobii praestandam, heredibus iniungere nequiuisset, nihilo minus hereditatis partem piis causis esse dicendam, et, quasi legitimam animae debitam, ex omnibus bonis antequam diuiderentur secernendam (i).

Ne autem nouum quid et inauditum suadere viderentur, clerici testamentorum vsum commendantes, non singularem formam tribuerunt vltimis voluntatibus, sed eodem modo, ac donationes aliaque negotia hucusque celebrata erant, peragi fecerunt. Promouebat eorum studia ipsius negotii suauitas, quid enim iucundius est, quam

liberri-

*vor wol durch God geuen in ereme  
Dodbedde; etc.* 3) Eandem superstitionem spirantia Bremae condita testamenta; E. g. in libro testamentorum in cancellaria Bremensi anno MD. coepto, No. I, eiusdem anni. *So de bilge Kerke hefft gefutter, dat eyn yslick Cristenn mynsobe schall sissen testament. etc.* quae repetita inuenitur formula in testamento N. IX. ibidem.

(gg) Vide c. 4. De sepulturis in 6to. II. F. 9. §. 1. et II. F. 55.

(b) N. Staphorst Hist. Eccles. Hamb. P. I. T. 2. p. 105. et T. 4. pag. 368.

(i) Quod veterum LL. Codices dicunt: *Man soll der Seele ihr Theil geben*. Vid. I. Schilter Iurispr. R. G. F. Ex: XI. §. 25. et Ius Prov. Alemann. cap. 155. in Eiusd. Thesaur. antiq. teut. T. II. pag. 93.



liberrimum exercere de rebus suis statuendi arbitrium, in tempus futurum etiam de bonis suis disponere, et posteris leges scribere. Accedebat, quod Alexander III. P. facultatem daret presbyteris parochialibus, (k) vt moribundorum lectulis adfidentes, et bona opera pro salute animae inculcantes, accedentibus duobus parochianis, valorem et auctoritatem testamento impertiri possent, quod, ad frequentiore[m] reddendum testamentorum usum, plurimum contulisse videtur. Nam constitutioni pontificiae, etiam in Germania, legis vigor non defuisse videtur, quem inter clericos ipsi haberi iniungit, *Constitutio Adelogi Episcopi Hildensemensis* anno MCLXXIX. emissã. (kk) Verbis; „*Testamenta fratrum nostrorum, que fecerint, vel que eis ex aliorum testamentis legata fuerint, ex auctoritatibus Decretorum confirmamus, firmiter statuentes, vt nulla ecclesiastica siue laica persona contraire audeat, si anathematis vinculo noluerit innodari.*

## §. 7.

Quamuis, ad colligendos Ecclesiis et coenobiis laicorum thesauros, vt frequentior fieret testamentifactio clerici omnem mouerent lapidem, non vbique tamen, per vniuersam Germaniam, felix laborum fuit successus, moribus Germanorum auctis maxima impedimenta procreantibus, horumque populo tenacissimo. Moliminibus cleri-

(k) in c. 10. et 11. X. De testam. et vlt. vol.

(kk) Adelogi Episcopi Hildensemensis constitutio super aduocacis

obedientiarum, et testamentis canonicorum, et in contra facientes; edita est ab Illustri Boehmero. loc. cit.



clericorum obstabat, quod moribus Germanorum, Saxonum in primis, non de omnibus bonis libera esset dispositio, moribundis autem et femimortuis omnis alienatio et donatio prohibita; quod mores Saxonum bona immobilia, speciatim auita, alienari non sinerent, nisi id fieret in iudicio, interueniente heredum consensu; bona mobilia donari quidem permitterent, sed edito prius vegeti corporis specimen (l). Hos aliosque mores patrios colligebat, et scripturae mandando seruare, laudabilem impendebat operam seculo XIII. Epkow de Repkow, quo auctoritati Iuris Canonici obicem poneret, consuetudines Saxonum autem suo non destituerentur vigore. Quam felici euentu id obtinuerit, applausus quo vbique receptum est Ius Prouinciale Saxonicum docet, non maximae Germaniae parti solum, sed et exteris gentibus normae instar in iudicando inferuens (m).

Inferta erat Iuri prouinciali Saxonico limitum, quibus Saxonum mores omnem de bonis dispositionem circumscribebant, definitio; nec magis omiſſa, quae ad refragendam Iuris Canonici auctoritatem, et Pontificis potestatem in rebus secularibus, infer-

(l) Hoc Germanis omnibus olim solemne fuisse, ut qui stare et ambulare amplius, et rebus suis superesse nequirent, nec de iis disponere possent; addita ratione, et Charta anni MCCCIV. V. C. de Senckenberg in Selectis I. et H. Tom. V. pag. 549. seq. probauit. Quaedam Iura specialia Germanici soli de eodem argumento, excitata vide, apud I. G. Hei-

nricium Syll. Opusc. Ex. XXVI. §. 15; hisque adde Ius Dithmaricum antiquum apud B. de Westphalen Mon. ined. Tom. III pag. 1800. Art. 125. et cf. de Wicht *Offitief. L. R.* ad cap. 112, Lib. I.

(m) Generosiss. de Selchow *Geschichte d. in Deutschland geltenden Rechte.* S. 295.



inferuire possent. Dogmata qualia cum ferre nequirent, hucusque tanta opera stabilita clericorum dignitas, et iuris Canonici auctoritas; confessim clericorum aliquis nouos errores Papae indicare festinabat (e). Nec defuit Gregorius XI. P. quin, quantum in ipso erat, nouationes hasce aboleret, auctoritatemque Papae et iuris ab ipso promulgati, pristino splendori restitueret. Emisit enim anno MCCCCLXXXIII. bullam papalem, Auenione ex Gallia, cum epistola ad Carolum IV. Imp. et ad Moguntinensem, Coloniensem, Bremensem, Magdeburgensem, Pragensem et Rigensem, Archiepiscopos, eorumque suffraganeos Episcopos, passim publicandam, qua quatuordecim articulos *detestabilium quorundam scriptorum, Leges seu Speculum Saxonum dictorum*, reprobauit, et *quod Apostolica denegetur potestas, et veritati catholicae fidei derogetur, idque omnium deterrimum sit, cum alia faciant contra bonos mores et legem naturae*, anathema in tales doctrinas, easque docentes pronunciauit (p). Inter illos, papali auctoritate damnatos articulos, decimo tertio et decimo quarto loco scripti, *erronei dicuntur in quantum elemosynas, testamenta, et alia pietatis opera prohibent*; quod scilicet extra iudicium immobilia vel homines proprii dari, donariue nequeant, et nequidem de bonis mobilibus libera sit dispositio, nisi edito prius

(e) Iohannis a Clenkok Decadicon contra errores speculi Saxonici. vid. Illustris de Selchow. l. cit. §. 294.

(p) Ipsa Gregorii XI. bulla, cum epistola ad Carolum IV. Imp. et il-

la, quae ad Archiepiscopos Germaniae data est, recusa inuenitur in N. Staphorst Histor. Ecc. Hamburg. P. I. Tom. II. pag. 652. seq. Cf. H. Conring de Origine Iur. Germ. C. 31. pag. 189.



prius vegeti corporis specimine. Dammati ita, quia clericorum intentioni e diametro erant contrarii, Germanorum mores, ipsos, eorumque collectionem in iure prouinciali Saxonico institutam, introducendae testamentifactioni impedimento fuisse, satis superque demonstrant.

## §. 8.

Iisdem mediis, iisdemque auctoribus, quibus reliqua Germania vltimas voluntates condere edocta est, etiam in Germania Magna, et dioecesi archiepiscopatus Bremensis, adoptata est peregrini instituti imitatio. Codices legum patriarum in hac prouincia, aequae ac ius prouinciale Saxonicum, de bonis disponendi facultatem artis circumscribebant limitibus, et mox quidem testamentorum nomen recipientes, tamen illorum confectionem formae adstringebant, moribus Germanorum conuenienti.

Testamentifactionem seculo XIV. demum Germaniam Magnam, adeoque et tractum Bremensem, intrasse, seculo XV. ibidem testamenta priuatorum frequentari coepisse, docet B. I. G. Heineccius (q); antiquiorem autem testamentorum vsum, et veteris aevi monumenta, et iura statutaria antiquiora produnt. Qui, de dioecesi archiepiscopatus Bremensis comprobatus, etiam eodem aevo de ciuitate, sede archiepiscopali, statui poterit, cum eo seculo, clericorum

et

(q) in Elem. Iuris German. II. XXVI. §. 10.  
§. 180. et 186. et Sylloge Opusc. Ex.



et Archiepiscopi, summa rerum ecclesiasticarum tenentis, tanto honore coleretur auctoritas, ut institutum, horum arbitrio suffultum vel condemnatum, in vrbe ubi residebat pedum, incognitum manere nequiret.

Si ex diplomatum inscriptionibus, plerumque aliena manu sequioris aevi additis, comprobari posset gestorum veritas, *facultas testandi S. Bremensis Ecclesiae Canonicis* indulta esset, ab Adalberto Archiepiscopo (99); *confirmata vero ab Hartwico Archiepiscopo*, anno MCLXV. die XXX. Nouembris (r); et testamentifactio iam seculo XII. in tractu Bremensi cognita fuisset. Sed diploma ipsum testandi facultatis ne verbo quidem mentionem iniicit, indulgens tantum: *Vt quilibet fratrum S. Bremensis Ecclesiae, fratri suo eidem Ecclesiae seruieni, non sine quorundam fratrum testimonio, liberam dandi habeat facultatem:* et ad testamentifactionis historiam non pertinere videtur. Manifesta autem habet seculum XIII. testamentifactionis in dioecesi archiepiscopatus Bremensis vsu receptae, documenta. In *Constitutionibus Synodalibus Cardinalis Guidonis, (a summo Pontifice ad Bremensem prouinciam, cum plenae legationis officio destinati;)* praecipue *de personarum Ecclesiasticarum vita, — de libera testandi facultate sine solemnitatibus Iuris Statuta-*

rui,

(99) Qui sedit ab anno MCXXIV. usque ad annum MCXLVIII.

(r) Hartwici Archiepiscopi Bremensis diploma, quo Canonicis Bremensibus facultatem testandi confir-

mat; datum Breae II. Kalend. Decembris, Indictione Vta; exstat apud N. Staphorst in Historia Eccles. Hamburg. Part. I, Tom. I. pag. 579.



*rii, speciatim Lubecensis. etc.* (Acta in Concilio Bremensi mente Nouembris anni MCCLXVI.) (s) dicitur: *Item statuimus, ut vnus quisque liberam testamentificationem habeat, et liberam testandi facultatem, non obstantibus quibuscunque Statutis per quoscunque editis, videlicet, quod non valeat testamentum, nisi fiat praesentibus Consulibus vel Laicis aliquibus de ipso municipio vel loco testantis; cuiusmodi statuta decreuimus nullius fore momenti, quae aboleri praecipimus et abradi.* Quae verba, dum de limitibus, testamentificationi iure statutorio positus, querelas continent, simul frequentem eo aeuo testamentorum vsum fuisse, implicite profitentur. Statuta, quae indefinite condemnat diploma, quorumque conseruatores ab introitu Ecclesiae arcendos esse statuit, esse statuta Lubecensia, inscriptio docet; quod eo facilius erat coniectu, cum admodum pauca tantam aetatem tangant iura statutoria, et si tangunt, testamentificationis nomen etiam ignorent. *Ius statutarium Lubecense* antiquissimum seculo adscribitur duodecimo (t); vernacula lingua autem conscriptus est Codex antiquissimus anno MCCXL, qui adhuc in cancellaria Lubecensi seruatur (u). Hic non solum de testamentorum iure in genere statuit articulis 172, 185, 200. et alibi, sed et ipsorum confessioni formam praescribit, moribus patriis conuenientem, Pontificis auctoritate verbis excitatis diserte condemnatam. Ait enim articu-

(s) Ex diplomatario Raceburgen-  
si reculae, in *B. de Westphalen*  
Monum. ined. Tom. II. pag. 2091.  
(t) vid. *V. C. C. G. Riccius von*

*Stadt-Gesetzen.* pag. 80.

(u) apud *B. de Westphalen* 1. c.  
Tom. III. pag. 638. seq. reculus.



*articulus 161. Van Testamenten. So we sin testament maket, de scal it doen in twier ratmanne antworde, — dar men der Ratman nicht ne mach hebben, dar mogen twe besetene lude betugen en testament, van teyn marken sulveres unde dar beneden (x). Quae cum XXVI. annos, ante emissas constitutiones synodales, publicata sint placita, et ab iis qui clericorum tyrannidi sese subtrahere studebant, et patriorum morum tenaces erant, lubenter recepta, clericorum obesse videbantur auctoritati, et ecclesias piisque causas ditandi studio, ut quouis modo faciliteretur, non autem restringatur testamentifactio, postulanti.*

Sed oprato effectu destitutae fuerunt minae Pontificis; quae enim constitutionibus synodalibus condemnata erat, coram Senatoribus testandi forma, eadem non solum Lubecae usu seruata est, sed et anno MCCLXX., adeoque quatuor annis post, in scripturam redactis statutis Hamburgensibus, ibi tanquam legalis recepta et ciuitate donata est. Ita enim *Codex Iuris Hamburgensis antiquissimus (y)*. Parte VIa cap. 2. *So wor ein Man syn Testaments beset de sock is, unde an sinem lesen ende legbet, (vor rween Radmannen; unde vor storve de Radmannen ein; etc. Luculenter satis, ex hisce iurium statutariorum textibus, et ipsa formae ab iis praescriptae condemnatione, vsus testamentorum seculo XIII. in dioecesi archiepiscopatus Bremensis non infrequens apparet; eumque ipsis sta-*

C 3

tutorum

(x) Constitutio quae hodie in iure Lubecensi Lib. II. Tit. I. Art. 2. inuenitur. (y) apud de Westphalen l. c. Tom. IV. pag. 2099.



tutorum codicibus antiquiorem fuisse, is se facile persuasum habebit, qui expendit, antiquissima statuta plerumque non nouiter inuentas probatasque continere ordinationes, sed, quae per secula iam consuetudinis iure in ciuitate obtinebant, in scripturam redacta, posteritati tradere (z). Luneburgi etiam seculo XIII. vltimarum voluntatum, praesertim in fauorem pie causaef confectarum, vsum viguisse, docet *diploma* anni MCCXCIII quo *Conradus, Episcopus Verdenfis, Dux Brunsuicensis et Luneburgensis Ciuitati Luneborg priuilegium, de testamentis Luneburgi ad pios vsus sine praescitu senatus non condendis*, indulget. (zz).

## §. 9.

Probato testamentorum vsu, in dioecesi archiepiscopatus Bremensis eiusque vicinia seculo XIII. facile foret iudicatu, eundem, si non hoc, saltem proxime insequenti seculo, ciuitatem Bremensem, sedem archiepiscopalem, esse ingressum; quod et manifestis testamentorum vestigiis comprobatur. Vestigiis inquam; nam nec contigit mihi esse tam felici, vt ipsa testamenta,

(z) Exempla testamentorum seculo XIII. conditorum, in diplomatum collectionibus rariora sunt; ad quaedam prouocat de Wicht. l. cit. pag. 478: aliud existat apud de Westphalen l. cit. Tom. II. pag. 63.

(zz) In lucem protractum ab Illustri Boehmero in Observationibus Iuris Canonici; in Append. doc. Obsf.

IV. Praxeos huius priuilegii autem testes sunt, testamenta sub initio seculi XIV. Luneburgi coram duobus Senatoribus condita; quorum exemplā, inter alia egregia ad rem testamentariam spectantia documenta, possidet Generosissimus de Selchow, mihiq; illa inspiciendi copiam fecit; grato venerandam animo.



stamenta, seculo XIV. Breae condita, iuuenirem. Sententiae autem in causis testamenta concernentibus ab A. Senatu Bremensi eodem seculo latae, non minus luculentum praestant indicium conscriptarum vltimarum voluntatum. Qualia autem testamenta fuerint; quamque diuersa ab illa patrisfamilias Quiritis lege familiae suae scripta; quam parum secundum solemnitates subtilitatesque in Latino adiuuentas composita; inde intellectu facile est, quod eo aeuo condita sint, quo germanica sola Germanis placebant, et, nisi clerus peregrina admisceret principia, haecque superstio amplecti suaderet, legis, exteris gentibus scriptae, omnis exulare auctoritas. Adde fauorem legitimae successioni in Germania praestitum; quam, nisi pacto id fieret, auferre nefas creditum fuisset, licet via detecta, qua id fieri posset. Et te conuictum senties, *deklaratam voluntatem*, de eo quod quis post mortem suam fieri vellet, *ius succedendi* in omnia iura et obligationes, lege datum, *non immurasse, sed solas liberalitates*, amicis cognatisue collatas, a legitimo herede praestandas, *comprehendisse*. Praesertim vero non omittas esse, *largitiones ecclesiae piisque causis faciendas*; cum ea persuasio hominum animos occupasset, legatis ad pias causas ignem purgatorium exstinguere, et oblata ecclesiis, scholis et miserabilibus personis bonorum parte, de peccatis commissis cum Deo transigi posse. Sicque effinges testamentorum effigiem, cum prima in Germania, adeoque et seculo XIV. et XV. Breae, conderentur, quam, si ipsa veteris aeui monumenta inspexeris, veritati omnimode consentaneam inuenies. Non magis enim, hisce supremis iudi-



ciis heredis institutio, quae in iure Romano caput et fundamentum testamenti audit, inserta reperitur, quam reliquus iuris peregrini apparatus, de exheredatione, substitutione, iure accrescendi, fidei-commis, quartae Falcidiae et Trebellianicae detractione, etc. Inuenies tantum *documenta*, secundum mores patrios, et ritum in aliis negotiis ciuilibus adhiberi solitum, composita, *quibus gestorum memoria seruari, eorumque, post mortem testatoris subeunda, probatio instrui posset*, i. e. quibus comprobari posset declarata voluntas testatoris, de eo, quod post mortem ab herede fieri, vel praestari velit.

Sunt itaque haec veteris aevi monumenta ad vltimas voluntates manifeste referenda, etiam si iuris Romani principia applicaueris (a); sed quo iure testamenta dicantur, non aequae facile defendi poterit, cum horum essentialis character sit, vt heres directus denominetur; nisi illa generaliori significato, quo et omnes vltimae voluntatis species testamenta vocantur, eodem nomine insigniri velis; vel eo sensu, quo omnibus instrumentis, ad probationem cuiuslibet negotii confectis, testamentorum nomen in Germania medii aevi commune fuisse, (§. 4.) notauit. Quicquid autem sit, quousque hodiernam testamentorum Bremensium formam explicandam non aggredior, licebit, denominatione testamenti et vltimae voluntatis promiscue vti, et neglecto significato stricto, qui priori in iure Romano tribuitur, omnem voluntatis reuocabilis declarationem, de his quae post mortem faci-  
enda

(a) l. i. D. qui Testam. fac. poss.



enda praestandaue sunt, testamentum appellare (b). Nec obstat, quod hodie, postquam exacta iuris Romani cognitio Germaniam illustravit, significatus strictus, quem testamento tribuit, omnino attendendus sit, et testamentum dici nequeat, nisi quae directi heredis institutionem habet ultima voluntas; cum seculo XIV. et XV. quae Quiritibus placuissent, incognita maioribus nostris essent.

## §. 10.

Testamentorum Bremae conditorum, prima vestigia seculo XIV. in sententiis lites, super ultimis voluntatibus ortas, decidentibus inueniri §. praec. dixi. Auxit nuper sua de iure patrio merita, VIR EXCELLENTISSIMVS CONSVLTISSIMVS et ultra laudes meas euectus GERHARDVS OELRICHS, edendo, *Statuta Bremensia antiquissima de anno MCCCIII, ex autographo descripta*, quod in bibliotheca Bremensi seruatur; collato cum alio codice, qui in archiuo Reipublicae patriae custoditur. In hoc autographo, cum conscriberetur, paginae quaedam scriptura vacuae relictae sunt, et si quae forsitan sequentibus temporibus statuta nouiter conderentur, vt ea isti statutorum codici addi possent, seruatae esse videntur. Post latam autem anno MCCCXXX legem, de sententiis, partibus illud desiderantibus, Statutorum codici

(b) Eodem modo D. Meuius distinguere vult testamentum, quatenus est ultima voluntas, a voluntatis ultimae iusta sententia, seu a testamentifactione legitima; in Comm. ad Ius Lubecense. L. II. Tit. 1. No. 11. sq.



dici inscribendis (*bb*), hisce paginis inscripta sunt, Ordalia quaedam, (*Ordeele, Schedinge*,) sententiae quibus lites coram A. Senatu Bremensi ventilatae dirimuntur, post annum MCCCXXX. publicatae, iudicantium nominibus subiunctis. Inter haec Ordalia, a VIRO EXCELLENTISSIMO simul in lucem protracta, quaedam exstant, controuersias de testamentis ortas decidentia, et ita ad frequentem testamentorum usum manifeste probandum inferuentia. Refero illuc Ordaliū I. anno MCCCXXX. publicatum (*c*), quo confirmatur donatio ab herede legitimo praestanda, quae literis, sigillo ciuitatis munitis, erat probata, et ex eius verbis, *na demmale dar is vore was van den olden raimannen oc also gescheden*, concludi posse videtur, antea, quam haecce lis ad Senatum deduceretur, dudum confectas esse vltimas voluntates. Conclusionem firmat Ordaliū anno sequente pronuntiatum (*cc*), quod discrete agnoscit, testamentifactionem esse institutum notoria consuetudine approbatum. Omni dubio autem id subripit Ordaliū anno MCCCXXXII. publicatum (*d*), quo prior sententia similis tenoris confirmatur, et testamento facta de bonis dispositio, firmior iudicatur donatione, in euentum mortis suspensa, praecedente. Vterius, ad probandum, testamentifactionis Bremensis origines ad minimum seculo XIV. adscribendas esse, afferre possem Ordalia 146. et 151. (*e*)  
 anno

(*bb*) Vid. Excell. Oelrichs, pag. 163. not. a.

(*c*) *ibid.* pag. 163. N. 1.

(*cc*) *ibid.* pag. 173. N. 21.

(*d*) *ibid.* pag. 177. N. 30.

(*e*) *ibid.* pag. 226. et 228.



anno quadragesimo eius seculi promulgata, nisi hucusque adducta  
sufficere, et ad illa prouocandi, aliam se oblaturam esse occasionem  
crederem.

Non autem Bremae seculo XIV. priorem fuisse ritum, quid  
quis post mortem suam fieri velit reuocabiliter statuendi, concludi  
posse videtur ex alto silentio, quod antiquissima patriae Statuta, sub  
initio seculi in scripturam redacta, non solum de constante forma,  
sed et de omni iure vltimarum voluntatum seruant. Quod tamen  
argumentum vereor, vt valde vrgeri possit, cum, nec repetita anno  
MCCCCXXVIII. Statutorum collectio (f), testamentorum mentio-  
nem iniiciat, nec illa, qua hodie vtimur anni MCCCCXXXIII, quo  
tamen aeuo frequentissimum fuisse testamentorum vsum, et constan-  
tem eorum formam, negari nequit. Potius persuasus sum, ideo ne-  
glectam esse testamentifactionem in conscribendis Statutis antiquissimis,  
quia, quae hodie solemne et maximi momenti negotium est, maio-  
ribus nostris non eodem modo spectata fuit. Nam donationes ad  
pias causas facere consueti, paulatim morem heredibus illas iniungen-  
di receperunt, liberalitates addiderunt in alios quosdam de donatore  
bene meritos collatas, et cum has heredibus iniungere propensiores  
essent, quam viuentes illas elargiri, frequentiores maioresque  
facere coeperunt. Discesserunt ita successu temporis donationes  
in euentum mortis suspensae, olim vltimatae, in actus qui vltimae vo-  
luntates

(f) Itidem studio G. Oelrichs et nuper edita.  
V. Excell. ex autographo descripta,



luntates dici possent; ita tamen, vt limites discerni nequeant, et haec standum quandoque sit, an ad vltimas voluntates charta referri debeat, an actum inter viuos irreuocabiliter celebratum contineat. Immo quod, cum prima conderentur testamenta, de illorum reuocabilitate dubitatum fuisse, ex ipsis testamentis appareat (g), in qua tamen nisi veram, vltimarum voluntatum et actuum inter viuos celebratorum, colloces differentiam specificam, nullam dare poteris. Nihil ergo imputandum erit antiquissimorum Statutorum Bremensium conditoribus, quod formam et iura negotii non definirent, cuius naturam, a coeteris negotiis ciuilibus toto coelo diuersam, non perspectam habebant, quodque, a Romanis subtiliter excogitatum esse nescientes, ad normam coeterorum negotiorum, ex quibus iura et obligationes ciuibus nascuntur, componebant. Nec ex silentio, quod Statuta Bremensia antiquissima de testamentis seruant, eorum existentia impugnari poterit, cum allegatae sententiae contrarium demonstrant.

## §. II.

(g) et clausulis iis insertis: *libera sit reuocandi facultas, nec quisquam sibi ius contradicendi arroget*; similibusque. Inueniuntur tales clausulae in testamento I. Monnik in Obs. Iur. Can. Illustris Boehmeri, ad Obs. IV; et in testamentis, Libro testamentorum in Cancellaria Bremensi inscriptis, N. I. -- XII, et XXIII.

Ad testamenta, quae exstant in libro manu scripto, cui post annum MD publicata Bremae suprema elogia, in Cancellaria Bremensi inserta

sunt, prouocandi facultatem mihi fecit, VIR EXCELLENTISSIMVS CONSVLTISSIMVS AHASVERVS REIPUBLICAE PATRIAE ARCHIuariVS, excerptis egregiis inde descriptis, et mecum, vt iis vtar, communicatis. Qui permolestus labor, ad promouenda studia mea susceptus, B. Lectoris admirationem forsitan excitabit, meam non excitauit, cum, quam a puero vixi, omnem vitam beneficiorum, a FAVTORE nunquam satis colendo acceptorum, vnam continere feriem, sciam, et grato recorder animo.



## §. II.

Patriae ciues seculi XIV. et XV. qui quid post mortem suam fieri velint reuocabiler declarabant, nomen testamentorum, non ipsum institutum in Italico solo natum, cognitum habebant, nec eius formam ex peregrino iure addiscebant. Conficiebant vltimas voluntates, sed eodem modo, eademque adhibita forma, quibus coetera omnia ciuilia negotia peragebant; in quibus celebrandis, id potissimum attenditur, vt, quae duorum in idem placito sancita sunt, eueniente casu exacte probari possint, et vt, in finem futurae probationis, gestorum memoria conseruetur. Eadem etiam futura probatio vnice ante oculos erat vltimas voluntates condentibus; cum, sub iudicium vocato testamenti valore, quodlibet testamentum validum iudicaretur, cuius tenor iudici sufficienter probatus videbatur. Ita vero euenit, vt, quam ius Romanum *iustae voluntatis sententiae* primum *requisitum* esse iubet, *certitudo voluntatis*, maioribus nostris *unicum* fieret (b). Testimonium defero sententiis A. Senatus Bremensis seculo XIV. latis, et codici Statutorum Bremensium antiquissimorum ab EXCELL. OELRICHS in lucem protracto inferis, supra

(b) De solemnitatibus vltimae voluntatis nulla quaestio; Romanorum testandi rituum nulla notio, quibus nec XIV. nec proxime sequente seculo Iuris Romani notitia tribui potest; eius, quam c. 10. et 11. x. De testamentis: in fauorem pie causae indulget, formae nulla vestigia. Clerici Bremenses coram notario, vel duobus notariis et testium indefini-

to numero, testamenta condebant. Ita confecta inueni; testamentum Herbordi Schene cellerarii maioris et Canonici Sii Ansharii Eccles. Brem. [MCCCCXII. Bremae conditum; testamentum I. Monnick (§. 10. not. g.) allegatum; et testam. Herbordi de Mandelsio in R. C. Bilderbecks Saml. ungedr. Vbrkunden. P. I. pag. 31. 19.



pra (§. 10.) ex parte iam allegatis. Confirmatur enim MCCCXXXII. sententia A. Senatus Bremensis antea lata, qua validum declaratum erat testamentum, quod testibus sufficienter probari poterat: *alße hinrich van Dettanbusen in den vorbenomeden testamente hadde sin goet geven unde bevalen also scolde dat bliven na des dat man des mit tughe vullen quam (i).* Sententia MCCCXL. ab A. Senatu Bremensi pronuntiata, actori legatum petenti, et testamentum conditum esse alleganti, si probaret asseritum, ab herede praestandum esse legatum, declarat; (k). *also de silue lutieke bitweri in sinen lesten sukebedde sin leste testament best ghesed des sine testamentere mit tughen vullenkomen moghen also sehal men dat holden;* et ipsa Ordalii inscriptio, (quanquam inscriptiones Ordaliis aliena manu sequentibus temporibus additae sint (l);) docet, testamenta quae sufficienter probari possent, valida esse iudicanda: *De Testamente bewislick scal men holden.* Addo aliam sententiam ab A. Senatu Bremensi itidem super valore testamenti publicatam, cuius decidendi rationes, difertis verbis loquuntur: confirmari testamentum, quia sufficienter probatum, nec tenor declaratae voluntatis in dubium vocari possit (m). *In wistiger Sake twisohen Polene Werdinkbu-*

*sen*

(i) loc. cit. Ordal. 30.) pag. 177.

(k) Ibidem pag. 226. Ordal. 146.)

(l) EXCELL. OELRICHS, ibid. pag. 151. not. 6.

(m) Adscripta est haec sententia A. Senatus Bremensis, codici Statutorum Bremensium MSepio, qui in Bibliotheca Academiae Georgiae Au-

gustae, splendore suo Germaniae satis nota, custoditur, ad pag. 237; sed et V. EXCELL. AHASVERI beneuola opera ex *Libro sententiarum A. SENATVS BREMENSIS.* fol. 193; descripta, pro insigni eius in memeticis studiis fauore, mecum communicata est.



sen van wegen ener gisfe so syner kusfrowen und dochter van der seligen Halsfchen in öbreme lesten Willen togetekent und besche. den sy --- Clagheren, unde Hermann Vagedes unde finer litis consortin alse Erwen der seligen Halsfchen wedderinsage -- erkende de Erbare Rade dat Testament seligen Luder Halses, dewyle dat mit finer egenen hand geschreven, mit finen Ingesegell befestet unde in des Rades testamenibok ingescreven were, (n) unde dan dergeliken testamente vor velen vorscheneenen ok noch in korten Iaren van deme Rade togelaten in syner werde, by macht --- Actum am donnerdage des XII decembers, anno LV. (MCCCCLV.)

Lis scilicet desuper coram A. Senatu Bremensi ventilata erat: An vidua Luder Halses legare potuisset bona, ipsi a marito cum facultate de iis disponendi relicta? Quod negabat reus; quia testamentum mariti, manu eius propria quidem scriptum eiusque sigillo firmatum esset, aliis vero solemnitatibus, tunc temporis forsitan ex iure Romano cognitis, neglectis, iniustum dicendum sit. Senatus confirmat valorem testamenti, quia scriptura et sigillum testatoris in controuersiam vocari non posset, voluntas eius ita satis certa et probata, vi longaeuae et constantis consuetudinis autem, vltimae voluntates ita conditae, validae iudicatae sint.

§. 12.

(n) Inuenitur in libro testamentoria Bremensi. N. CCXVIII. anno MD. coepto, in Cancellaria



Ad quam solam in testamentis diiudicandis respexerunt maiores (n) voluntatis certitudo, non nisi legitima probatione exploranda erat; naturalis ratio itaque iniungebat testatoribus, ita declarare voluntatis sententiam, vt, negatae forsan, legitima exstet probatio, et seruata omnis tenoris fida memoria, in ipso testandi actu media probandi praeparentur. In negotiis priuatorum duplici praesertim modo gestorum memoria in vim futurae probationis seruari solet; adhibitis negotio celebrando testibus notoriae integritatis; vel actorum narratione scripturae, ad fidem comparandam idoneae, inserta. Vterque modus ab omni aeuo Germanis vsitatus fuit, et ad instruendam legitimam probationem testibus aequae ac chartis honor suus habitus, frequentior tamen chartarum vsus. Quid mirum, vtroque adhibito modo, gestorum memoriam seruandi et futuram praeparandi probationem, confecisse vltimas voluntates, qui discrimen inter has coeteraque ciuilia negotia existens non cognoscerent. Primo loco disquirendi animus est; testibus adhibitis quo modo condita sint Bremae suprema elogia? Quo condi potuisse, ex dictis patebit; condita esse, iniunctae probationes vltimarum voluntatum, in Ordaliis ex Codice Statutorum antiquissimo ab EXELL. OELRICHS editis, docent.

(n) Idem in Anglia obtinere, et IV. §. 10. De Frisia Orientali; vide relictis solennitatibus ea tantum requiri, quae probandae vltimae voluntati sufficiunt; didici, ex Illustris Boehmeri Obseruat. iur. Canon. Obs. von Wichts Ostfries. L. R. L. II. cap. 174. pag. 483. Cf. etiam, de Westphalen Mon. ined. Part. II. pag. 96. N. 93.



docent. Diferte probatio per testes instituta subeundaue nominatur, *na des dat man des mit tughe vullen quam* (o), *des sine testam-  
tere* mit tughen *vullenkomen moghen* (p); sed, quia generaliter de  
probatione per testes loquuntur ordalia, an ideo quoscunque testes  
ad probandum testamentum habiles fuisse credideris? Nullo modo  
ius patrium affirmatiuam tueri concedit. Vt enim silentio praeteream  
limites, quos, testimoniis in iudicio contra ciues dicendis, po-  
fuit Ordeel XXXVIII - XLI; ciues Bremenses producendos fuisse  
in testes vltimae voluntatis, exinde pater, quod, quousque maiores  
folis patriis viuerent legibus moribusque, speciali iuramento testes  
non obstringerent, sed horum enunciatis fides haberetur, vi iura-  
menti ciuici quod Senatui praestiterant (q); et consequenter omnes  
non - ciues, tali iuramento non obstricti, inhabiles ad testimonium  
dicendum essent iudicandi. Sed, nec ciues omnes testes produci  
poterant, ad probandam vltimae voluntatis sententiam; *legitiima*  
enim *probatio* requiritur; ius statutarium Bremense autem legitimam  
non agnoscit, in causis alicuius momenti, immo marcam Bremensem  
excedentibus, probationem per testes, nisi quae sit *Ciuiibus Iuratis*;  
in eum finem, vt talibus negotiis interesse, et desuper testimonium  
omni exceptione maius ferre possint, speciali iuramento obstrictis.  
Ita enim Ordeel IV. (r). *Wat klage kumpt vor dat Gerichte, de bo-*

*ger*

(o) Ordal. 30.) pag. 177.  
(p) Ord. 146.) pag. 226.  
(q) Vid. B. C. a Rheden in diss.  
de restricta dispon. in primis testandi  
fac. vx. Brem. §. 28.

(r) In antiquissimo Statut. Brem.  
Codice inter Ordalia primum locum  
occupat; ex edit. EXCELL. GELRICHS.  
p. 67. B. F. E. Puffendorf autem  
in Append. Statutorum, Tomi II. Ob-  
serv.

E



*ger. is; wen eine mark, dat schol men tuigen mit Swarnen.* Vi-  
 timae voluntatis dispositio merito pro re maioris momenti aestimanda  
 est, et semper negotium erit marcam Bremensem excedens; proban-  
 da nihilominus testibus habilibus; ciuibus secundum Statutum LVI.  
 speciali iuramento, de iusto veroque testimonio ferendo, Senatui  
 deuinctis. Eligebantur olim ad hoc ciuicum munus, ex qualibet  
 parochia, ciuium viginti quatuor annis maiorum numerus indefini-  
 tus (s), vt duorum Iuratorum testimonium rogari posset, a quibus-  
 uis maioris momenti negotia celebrantibus, et lis desuper orta se-  
 cundum ipsorum enuntiata decidi. Condito, (quantum intelligo,  
 ex loco quem in Codice ab EXCELL. OELRICHS edito tenet (t);)  
 post annum MCCCIL Statuto LV, numerus Iuratorum definitus est,  
 ne sit Senatorum numero maior; Senatui eos constituendi tributum  
 vel confirmatum arbitrium; vtque instructi sint habitu chartas Ger-  
 manica lingua conscriptas legendi, stabilitum. Posterius requisi-  
 tum, olim forsân neglectum fuit; cum, si Senatores, eorum officia-  
 les, et clericos exceperis, caeteri omnes fere analphabeti essent;  
 iam vsum praestabat insignem, in documentis coram Iuratis confi-  
 ciendis, et ipsorum testimonio confirmandis, vt facilius redderetur  
 gesto-

feru. Iur. Vniu. pag. 71. hoc Or-  
 dalium, male in genere, de ciui-  
 bus iuramento ciuium obstrictis, in-  
 telligit; refutatus a B. D. Schoene  
 Illustri Reipubl. patriae quondam  
 Syndico; in diss. Selecta iur. Brem.  
 rat. contract. E. V. C. I. §. 3.

(s) Vt videre est inter Singularia  
 Codicis II. Statut. Bremensium anti-  
 quissimorum; apud EXCELL. OEL-  
 RICHS. pag. 282. vbi duplex inue-  
 nitur Catalogus Ciuium, in Iuratos Ci-  
 uitatis Bremensis MCCCLXVII. et  
 MCCCCVI. electorum.

(t) pag. 89.



gestorum exacta probatio. Etiam testamenta sequenti seculo coram Iuratis confecta et in scripturam redacta sunt; testimonio Iuratorum enim fidem chartae confirmante, legitime probata, adeoque et valida erat ultima voluntas, vnico quod maiores desiderabant requisito exploratissimae veritatis praedita. Debeo haec, et duas sententias, lites de testamentis coram Iuratis conditis ortas, decidentes, quas in *Append. Docum. f. lit. A. et B.* adiungo, indulgentissimo fauori, quo me meaque studia prosequi haud dedignatur, VIR PERILLVSTRIS MAGNIFICVS AC CONSVLTISSIMVS SMIDT, REIPVBLICAE PATRIAE CONSVL, cuius de salute Reipublicae merita veneratur, quicumque Patriae bona precatur, quaeque de felicitate Bremae gauisura est, venerabitur aetas; FAVOR SVMMVS, nunquam non pie ac deuote colendus.

Postquam iuris Romani cognitio patriam accessit, et ad eius normam causae in iudiciis ventilatae tractabantur, quibuscunque testibus, singulari testium iuramento obstrictis, eadem fides habita est; Iuratorum constitutio plane cessare coepit. Accessit notariorum frequentia; quorum negotiis maioris momenti adhibitorum opera, simul scripturam commode conficiebatur. Nullus itaque Ordali IV, quoad Iuratorum testimonium, hodie superest vsus, nec de testamentis coram Iuratis confectis quaestio oriri poterit. Si quis enim hodie adhibita testium corona, supremum celebrare vellet iudicium, actus ad iuris Romani placita esset componendus. Quae vero reperiuntur testa-



testamenta, coram tribus quatuorue testibus condita (11), rariora sunt, quam quae ad exemplum trahi possint.

## §. 13.

Alter modus, quem Germanis ab omni aeuo vsitatum atque solemnem fuisse dixi, fidam gestorum seruandi memoriam, ad finem futurae probationis, *Charta* obtinebatur; scriptura narrationem actorum continente, praedita caractere ad fidem sibi acquirendam idoneo. Character iste, qui et solemniium documenti nomine venit, chartis testamenta continentibus, triplici potissimum modis tributus esse inuenitur; qui sunt: 1) *Chartarum partitio et indentatura*, seu dissectio chartarum, in duplo eidem membranae inscriptarum, verba quaedam, loco membranae dissectando literis maiusculis inscripta, transiens, vel per lineam rectam, vel per lineam dentatam facta (u).

2) *Testium numerus* adhibitus; quorum nomina chartae inserta, non tamen accedente subscriptione. Quibus chartis, cum vnice fides quaeratur ex testium elogiis, de testamentifactione Bremensi coram testibus Iuratis autem §. praec. actum sit, iis examinandis non immoror.

(11) In libro testam. in Cancellaria Brem. MD. coepto; N. CCLXIII. et CCCXXVI.

(u) vide L. C. Gatterer *P. C. Elementa Artis Diplomaticae*. §. 260. pag. 199. Testamenta hoc adhibito ritu Hamburgi condita, exhibet N. Staphorst in *Histor. Eccles. Hamb.* P. I. Tom. 4. pag. 491. 485. & 491. Vnicum tantum obuenerit Bremae con-

ditum testamentum, cui haec solemnitatis addita, N. CCXIV. in libro testament. in Cancellaria Brem. MD. coepto; cuius formula haec est: *Des to tuge hebbe ick (testator) myn signetsegell bir under gedruckt; --- des to mererer onkonde der warbeyt syn dusse tzerter roe van enem lude, mit ener hand geschreuen, --- und dorch den namen Ihesus van een ander gesneden.*



3) *Sigilla*, chartis confectis addita, pro diuerso seculi more vel impressa vel appensa. Tanta a medio seculo XII. ad seculum XV. sigillis auctoritas tributa est, vt nullum, nisi quod signatum esset, pro legitimo haberetur diploma; ac sigilla omnium solemnium, subscriptionum ac testium locum supplerent (v). Merito itaque seculo, nil nisi manifestam probationem voluntatis requirens, vt testamentum dici posset rite conditum, sigillis, quorum tantus erat honor, fidem attribuit chartis testamenta continentibus; quod Bremae seculo XIV. et XV. factum esse, pleraque quae inde ad nos peruenere, testamentorum documenta demonstrant.

Prout vel publica, vel priuata auctoritate, chartae fides acquiritur, documentum publicum, vel priuatum dicitur; genus vtrumque documentorum extra collisionem aequali pollet probandi vi; vtrumque in testamentis condendis in eundem finem et eodem cum effectu adhibitum; vtrique etiam communis esse videtur, vox Germanica *Hantwesse*, *Handfesse*, sensu generali sumta (w). Si enim illa nihil aliud indigitat, ac *mit eigner Hand besestigen*, siue con-

(v) Gatterer. I. cit. §. 319. 320. Modum testandi, sigillo Episcopi, vel Principis secularis, vel Monasterii, vel Ciuitatis chartae contestae appenso, *durch eingeschrieben Handfesse*, iniungit; Ius Prov. Alemann. C. XXIII. in I. Schilteri Thef. Ant. Teut. Tom. II. p. 17. Cf. Kopp. I. cit. §. 5. & Balser. diss. cit. §. 56. Exempla testamentorum sigillis Episcoporum &c. confirmatorum, vi-

de apud I. P. Ludewig in Reliq. MSeporum; praesertim Tom. I. pag. 14. & N. 260. Tom. V. N. 168.

(w) Sola publica instrumenta indigitans, in iure priu. Alem. allegato; in iure statutorio Bremensi quandoque strictiorem significatum habens; de quo vid. EXCELL. OELRICHS in Glossario ad Statuta Brem. p. 60. & B. C. a Rheden D. de iure handfestario Bremensi. Cap. I. §. 3.



confirmationem documentum subscriptione accipiat, siue sigillo addito (x); et ortum traxit a formulis monogrammaticis et sphragisticis *manu firmare*, *manu propria subterfirmare* etc. (y); tam documenta priuatorum subscriptione sigilloque confirmata, quam quibus publica auctoritate iisdem ritibus vis probandi tributa est, nomine *der Handvesten* insigniri potuerunt; et talibus documentis, *mit Handvesten*, probata dici potuerunt testamenta, quorum exploratissima veritas siue publicis siue priuatis chartis demonstrata erat. Instrumentum priuatum fuisse videtur, quod in Senatu Bremensi producebatur, quodque diferte *ene hanfessen* dicitur, in Ordalio I. ab EXCELL. OELRICHS edito (z). Et de Instrumentis priuatis aeque ac publicis intelligendum est ius statutarium Bremense, *Ordeele LXXXVI*; quo communitio bonorum vniuersalis inter coniuges Bremenses stabilitur, nisi, pactis dotalibus aliud esse conuentum, manifeste probari possit; *dar en sy ein ander onderschiedt, des men fullenkamen mach mit hantvesten, edder mit ruigen.*

## §. 14.

Instrumentis priuatis condita sunt testamenta; dum testator voluntatis sententiam manu propria scripturae mandabat, hancque subscripto

(x) Teste enim Car. du Fresne in Glossario ad Scriptores mediae et infimae latinitatis. Paris. 1733. Tom. IV. pag. 455. voce, *Manu firma*; quae eadem est quam Germanice dicimus, *Handveste*, proprie illam indigitare ait: „Chartam qua fundus „alicui ad vitam et heredum sub censu „annuo conceditur“. In genere au-

tem a formulis allegatis; „omnia diplomata Regum & Imperatorum manu firmata seu subscripta, Manifestationes dici.“

(y) Gatterer. l. cit. §. 281. pag. 218. seq. et §. 324. pag. 275. seq.

(z) Ex Cod. Stat. Brem. antiquo. p. 163.



scripto nomine, vel sigillo addito, vel utroque confirmabat. Pro validis sufficienterque probatis agnita esse testamenta, hoc modo confecta, ex sententia A. Senatus Bremensis, supra (§. 11.) in extenso allegata, satis apparet. Si enim, propria testatoris manu scriptum et eius sigillo consignatum esse testamentum, negari non posset, exploratissima adesse credebatur veritas, illud veram, de eo quod testator post mortem suam fieri velit, continere sententiam. Nec in mentem venit huius seculi hominibus, tanta integritate, omnem falsi opinionem excludente, conspicuis, vi metuque adigi potuisse testatorem, ut tale scriptum conficiat, extraneum ductus literarum testatori proprios arte imitari, & sigillum adulterinum supponere potuisse. Attamen non diu in occulto fuisse huius testandi ritus naevos, & quam parum ad exploratissimam voluntatis veritatem sufficiat, quae eius usum probant, sententiae nos edocent. Et post tot ab hereditatis ingeniose excogitatas artes (22), quibus hereditatibus alienis avidas iniicere sciunt manus, post tot scripturarum artificiosa imitatione, et sigillorum adulteratione perpetratas fraudes, quis optaret, legem posteritati dicere, chartam, scripturae genus prae se ferentem, quo et defunctus utebatur, et sigillo munitam, sed quod facillime aliena manus addere, uti scripturam arte imitari, potuit? Quis, etiam nihil ad ultimae voluntatis valorem requirens, nisi gestorum memo-

riam

(22) Cf. Leyser Spec. CCCLV. ma testam. iud. et priuat. §. 10. pag. per totum; et C. V. Grupen de for. 192. seq.



riam ad manifestam probationem sufficientem, in tanti momenti negotio adhibere vellet comparationem literarum, qua, inter omnia probandi media, nullum magis difficultatibus inuolutum, & ad plenam fidem faciendam idoneum est; quaeque ab una parte tot exposita est fraudibus, quot errores in ipso artis peritorum iudicio committi possunt. Vnde huius testandi ritus hodie iure meritoque omnis usus exulat. Olim vero eundem frequentem fuisse (a), sententiis A. Senatus Bremensis, edocemur. Meae qualicunque operae, in inuestigandis testamentifactionis Bremensis originibus, hic quoque indulgenter succurrere non defuit, FAVTOR INDVLGENTISSIMVS, PERILLVSTRIS MAGNIFICVS AC CONSVLTISSIMVS SMIDT REIPVBLICAE PATRIAE CONSVL, sententias quasdam huius argumenti, *ex libro Sententiarum AMPLISSIMI SENATVS BREMENSIS*, mecum communicari curans, cuius singularis fauoris semper me cultorem habebit obsequiosissimum, vii nulla aetas, summae qua me prosequutus est, benevolentiae memoriam grato animo exanere valebit. Prima sententiarum Fol. 32. Col. 1. anno MCCCCLXVIII. publicata est; *in causa Hinrick Berneblas contra Iohann Wilden*, curatorio nomine viduae

(a) De Frisia orientali vid. de Wicht Offries. L. R. L. II. cap. 174. pag. 483. qui sententiam allegat circa medium seculi XVI publicatam: *dat sabl. Ailt milder Gedächtnis in sin Testament mis sin egen Segel versee-*

*gelt, den upgemeldeten Hicke -- best Erfgename gemakt, dat mag mit Rechre wohl bestaen.* Cf. etiam B. de Westphalen monum. ined. P. II. p. 96. n. 93.



duae Orten Berneblas van enes breves (b) wegen den Otto Berneblas mit sinem segele scholde vorsegelt hebben; et plane non in dubium veniente testamenti valore, si forma spectaretur, facultas testandi impugnabatur (c). Eorundem testamentorum auctoritatem probat, simul vero litium, quibus causam dabant, exemplum exhibet sententia, Fol. 44. Col. 2. *Desfulven Jahrs (MCCCCLXXIX.) quam Dideric Brede unde seligen Her B. Eler Breden Husfrowe vor dem Rade to clage unde to antworde van enes testaments wegen dat Her Eler vorbenn. geset unde mit andern vromen luden besegelt hadde. Und desulve Dideric leeb do myt Jobann Hillingsfeden seggen, nae dem Her Eler dat testament besegelt hadde mit sine seegel, und mit siner hand gescreven were unde vrome lude dat mede besegeld hadden, dat sin segel scholde macht hebben, so verne de Rad seide dat it recht were unde hoppede de Vrouwe scholde dat benomen, ofi er ok in den segeln wat schelde. Daer do dat Testament gelesen waerd unde der Vrouwen nae lesinge des Testaments dat segel gbewiset. Darup Hinric van Varle antworde dat Her Eler erbenn. hadde in lyve und in doede twe segele de weren dem segele nicht gbelyk unde se erkende des vor sin segel nicht, so Hinric ok eer gesecht hadde, und setede dat ok by den Rad in dat Recht. Darup schedede do de Rad vor Recht dat sodane segel erbenn scholde macht hebben,*

idt

(b) *Handveste.* instrumenta publica vel privata sigillo munita, quandoque et simpliciter breue vocari, obseruavit EXCELL. OELRICHS in Glossar. voce Handveste. pag. 61.

(c) Cf. infra C. II. §. 3.



idt en were dat de Vrouwe dat mit Rechte konde byleggen. Eiusdem argumenti adhuc plures afferri possent sententiae, ab A. Senatu Bremensi iudicatae: e.g. MCCCCLXXVIII. in causa *Hinric Gronig*, contra *Marten van Heyenborg unde Hinrikes van Gropelinge kindere*, in Libro Sententiarum Fol. 44. col. 1. Sed quas adduxi ad explicationem ritus testandi antiquati sufficient. Vnicam tantum litem sententia A. Senatus Bremensis MDXXIII. decisam, in appendice documentorum sub Lit. C. adiungo; quia et docet, usum huius testamenta conficiendi ritus seculo XVI. adhuc floruisse, et varias exceptiones, quae huiusmodi testamentis opponi poterant, et litibus innumeris ansam dabant, indicat; denique autem ad illustrationem eorum, quae supra de ultimis voluntatibus coram Iuratis condendis allegavi, inseruit.

## §. 15.

Publicis instrumentis gestorum memoriam conseruarunt, et futuram probationem sibi prospexerunt maiores, duplici modo. 1) Confectis coram Senatu chartis, sigillo ciuitatis munitis. 2) Rogatis priuata auctoritate Senatoribus quibusdam, vt chartae testimonio suo vim probandi tribuant, ac testimonii interpositi characterem chartae imprimant nominis subscriptione, et addito sigillo maiore, quod senatorium dicitur. Vtrumque modum, publica auctoritate chartas probationis causa confectas confirmandi, in testamentis condendis adhibitum fuisse, omni dubio eximunt, veteris aevi monumenta, quae indulgentissimo FAVORIS PERILLVSTRIS MAGNIFI-

CI



CI ac CONSULTISSIMI, saepius honoris causa nominati, fauore, ad manus meas peruenerunt.

Coram Senatu, i. e. eo Senatorum numero, qui pro tempore fasces regiminis in ciuitate tener, et speciali iuramento obstrictus, promouendas iustitiae causas curae suae demandatas habet; vulgo, *Vor dem sitzenden Rathe*: a quo distinguitur; *Die Witsheit*: Plenum Senatus, ad quod hodie respiciunt, in causis gratiae statuendi arbitrium, et, quae salutem publicam immediate concernunt; olim interdum ad causas iustitiae, quae altioris indaginis videbantur, decidendas congregatum. Coram Senatu inquam, conditum est *testamentum Renward Denen*, anno MCCCCV. in Appendice sub lit. *D.* adiunctum; et eandem formam praefert, *testamentum Hinrikes van der Hude*, die lunae post festum Martini Episcopi anni MCCCCLIII. celebratum; cuius duo authentica eiusdem tenoris confecta sunt, quorum alterum heredibus relictum, alterum inter sanctiores Reipublicae patriae tabulas depositum est: praeterea vero insertus eius tenor *Libro Memoriali* AMPLISSIMI SENATVS BREMENSIS; pag. CXLiv. col. 2. De testamentis coram Senatu conditis quod addam non habeo, nisi quod dubio obnoxium non credam, omni exceptione maius aestimatum esse instrumentum in ipso iudicio confectum, ritum illud conficiendi autem sequentem fuisse. Testator ultimae voluntatis sententiam charta comprehendi fecit, et in iudicium veniens illam Senatu obtulit, veram ipsi inesse voluntatis declarationem, de eo quod post mortem suam fieri velit, confessus, vt,

ciui-



ciuitatis sigillo munita, vim probandi accipiat, rogauit. Annuente eius precibus Senatu et sigillo ciuitatis chartae adjuncto, rite celebrata erat vltima voluntas (cc).

Ab his coram Senatu conditis testamentis differunt instrumenta, quae testamenta quidem continent, sed antea coram Senatoribus quibusdam priuatim confecta, quo in perpetuam memoriam omnimoda actorum exster probatio, in diploma sigillo ciuitatis confirmatum, auctoritate Senatus transfumta. Haec enim, origine spectata, ad testamenta coram quibusdam Senatoribus condita referenda sunt, quae autem ex post accessere solemnitates, ad testamentifactionem trahi nequeunt. Sunt autem testamenta coram Senatu condita iudicialibus annumeranda, quatenus in iudicio, vel saltem in eo Senatorum confessu, qui iurisdictionem in ciuitate exercet, celebrantur; ratione formae autem inter illa, et testamenta iudicialia Romana nihil est similitudinis, nisi quod et haec in iudicio conficiantur (d). Originem traxisse videtur, ritus coram Senatu testandi, ex more veterum Germanorum maioris momenti negotia in iudicio celebrandi, qui forsitan haesit cognita testamentifactione. Non tamen mihi persuadere possum, maiores a necessitate bona immobilia in iudicio

(cc) Idem testandi modus olim Hamburgi vltatus fuit; teste d. Saml. d. Hamb. Ges. u. Verf. IVier Tb. 2te. A. §. 74. 75.

(d) Quod patebit, collatis iis,

quae egregie explicauit duabus Observationibus C. V. Gruppen V. C. de forma conficiendi Acta apud Romanos; et de forma testamentorum iudicialium et priuatorum in scriptis. Hannov. 753. 4.



dicio alienandi transferendique, argumentum duxisse ad testamentifaciationem iudicialiter peragendam, quia et hac, res immobiles, in bonorum vniuersitate existentes, transferrentur. Praeterea enim, quod ab initio de ipsa bonorum vniuersitate vltimis voluntatibus dispositio non fieret, sed, vti supra narratum, legata ad pias causas aliaeque liberalitates, vtramque implerent paginam; nullam vaquam Bremae introductam fuisse necessitatem iudicialiter testandi, manifeste docent caeteri ritus, quibus eodem aevo condita sunt suprema elogia, quo et iudicialia testamenta celebrabantur. Quae autem, cum prima conderentur, testamentis forma externa fuit, eadem constans et perpetua permanfit, nec testamentis, ipsius bonorum vniuersitatis dispositionem continentibus, alia forma scripta, moribusue data est.

Nullus dubito, et hodie cuique licere voluntatis suae sententiam scriptura comprehensam Senatui offerre, et libero arbitrio declarato, omnem testamentorum solemnitatem superare, quod tot nobilium probatarumque personarum conscientiam tener, et cuius documentum sigillo Ciuitatis munitum est. Sed quia hodie, testatoribus nihil magis curae cordique esse solet, quam vt sollicitè celent supremae voluntatis argumentum, ne qua ad heredes vel legatarios ante diem eius perueniat noticia, hoc testandi modo vero vltimae voluntatis contenta omnibus manifestantur, cum, quantum scio, clausa testamenta Senatui nunquam oblata sint, eo neglecto, breuior et celatu faciliior via, supremum condendi elogium, eligitur. Integrum enim est cuique atque permiffum formam adhibere a Quiritibus subtiliter excogitam; et, quod frequentius fit, testamentum inter-



terueniente duorum Senatorum auctoritate celebrare. Senatoribus priuata rogatione conuocatis clausum offerri potest testamentum, vt subscriptione et sigillis interpositi testimonii characterem et veritatis fidem chartae attribuant; celari consequenter omnimode possunt et supremi iudicii contenta, et, si testator velit, ipsa testamentifactio, quod causae est, huius testandi ritus vsum hodie superesse frequendissimum. Qui, cum a primis testamentorum natalibus Bremae non minus frequens fuerit, iam eius origo et forma plenior merentur illustrationem.

## §. 16.

Circa originem ritus, testamenta coram Senatoribus condendi, diuersissimae sunt sententiae. Iuuabit itaque eius indolem paulo altius repetere ac illustrare; quod commode fieri posse credo, si, quae mea sit sententia, thesibus quibusdam proponam. Sit itaque prima: *Germanicae originis et vetustissimi aevi est, modus, instrumentis coram Senatoribus quibusdam priuatim confectis, gestorum memoriam, in finem futurae probationis seruandi.* Cum maiores, quae in vita ciuili peragebant negotia maioris momenti, scripturae mandare, et charta actorum narrationem comprehendere inciperent, tanta erat aevi simplicitas, vt qui scripta legere poterant admodum pauci essent, ad conficiendam scripturam habiles, fere nulli, praeter Senatores et clericos. Hos itaque negotiis celebrandis, chartae conficiendae causa, adhibere necessitas iubebat. Licet vero in ciuitate patria, aequali honore cultos crediderim Senatores et clericos, indistincte

ta.



tamen negotiis ciuilibus peragendis adhibitos fuisse Senatores, veteris acui monumenta loquuntur. Publica fide enim digni videbantur testes in senatoria dignitate constituti; et quibus salus publica administranda promouendaque esset commissa, quis in negotio priuato testes habere, et chartam conficiendam committere dubitasset. Suadebat porro Senatorum potius quam clericorum rogare testimonium, ipsa veterum in iudicio procedendi ratio. Si enim chartae in iudicio productae fides in dubium vocatur, non meliori modo suppleri potest probatio, quam elogiis testium, qui negotio interfuerunt, et chartam confecerunt. Quod impossibile erat, si testes essent clerici, nulli dubio obnoxium, si coram Senatoribus peractum esset negotium. Clerici enim, cum nec ciues essent, nec, in causis marcam Bremensem excedentibus, Iuratorum vice fungi possent (e), neuiquam validum perhibere poterant testimonium. Senatores contra non habiles solum testes erant, sed et fide dignissimi habebantur; vti Scabinos per vniuersam Germaniam negotiorum testes fide dignissimos habitos fuisse, Cel. Puffendorf (f) probatum dedit. Immo Senatorum testimonium omni exceptione maius credebatur, cuius causa merito in eo collocatur, quod ob insignem qua praefulgent dignitatem, electam eorum fidem et industriam, et praestitum Reipublicae iuramentum, non nisi optime de illis praesumi possit, tum, quod negotia tractantes fidem eorum approbent, cum aliae,

(e) Ordeel IV. Cf. §. 12.

(f) de Iurisd. Germ. P. I. Cap. 3. §. 69.



manifestam actorum probationem habendi, vias pateant, et Senatorum rogando testimonium, rigori morum, legis instar huic tantam tribuenti auctoritatem, sese submittant (g). Ex hisce principiis ortum duxit, modus, instrumentis coram Senatoribus quibusdam priuatim confectis, actorum memoriam in finem futurae probationis seruandi; et simplicitate sua, et aetate, et vniuersali vsu, Germaniam patriam solum agnoscens et comprobans. Illum verustissimi aevi esse, etiam concedunt, qui indigenam esse negant, Duumiri Consulares de iure patrio statuario aequae bene meriti, Henricus Kresting (b) et Casparus a Rheden (i). Et antiquissimum eius vsu docet ius statuarium Lubecense, in vernacula conscriptum antiquissimum, anni MCCXL. (ii), diserte Articulo 53, Senatorum vel etiam vnici elogio, in omnibus negotiis probari posse actorum veritatem definiens; quod, quia de his quae raro accidunt lex nihil statuere solet, simul frequenter negotia adhibito Senatorum testimonio peracta esse, implicite docet. Verba iuris Lubecensis haec sunt: *So war Ratmann hebbet gewesen over saken, unde steruet se alle sunder enen. Des enes tügent doit so vele, also twier Ratmanne tügent in der Sake. Truuet men is eme nicht, he schal schweren, dat de gene mit eme dar over hebben gewesen.* De Testamentis in specie vero Articulus 161. constituit: *So we sin testament maket, de scal it doen in twier Ratmanne antworde.*

Si

(g) Cf. D. Meuius in Comm. (i) in dist. de restricta disponendi ad l. Lub. l. 1. Tit. 1. art. 3. n. 6. imprimis testandi facultate uxorum  
 (b) in notis MSeptris ad Statuta Bremensium, §. 7.  
 Bremensia, pag. 231. (ii) Cf. §. 3.



Si ius Lubecense, non de nouo iure constituendo, sed de eo, quod moribus dudum stabilitum fuit, conseruando, loqui, uero simile est (ii), seculo XII. adscribi poterit, hic negotia ciuilia celebrandi ritus. Praeterea eius Germanicam originem confirmari dixi, uniuersali usu per Germaniam, praecipue per Germaniam Magnam. Respectu ad testaments habito, haec eodem modo fere con- duntur, ex praescripto iuris Lubecensis, Hamburgensis, Colonien- sis, Brunswicensis, ordinationis Solmensis, reformationis Noricae, statutorum Mulhufanorum et municipalium Zittauiensium, in A- quisgranensi ciuitate (k), Luneburgi (l) et Bremae. Haec statu- torum consonantia, in determinanda re arbitraria communem pro- dere uidetur originem, quae, absque ullo dubio omni iuris Ro- mani notitia prior, in communi Germanorum more, ex commu- ni necessitate orto, quaerenda esse uidetur (ll).

Instrumenta haec, coram Senatoribus confecta, publicis annu- merari possunt, quia fide personarum publicarum nituntur, cum non tanquam priuati, sed vi et auctoritate dignitatis senatoriae testi- monium interponant, huiusque characterem sigilla & subscriptiones faci-

(k) Cf. Heineccii Elem. I. G. II. §. 196. et Kopp. l. cit. §. 9.

(l) Testamentum coram Consu- libus Ciuitatis Luneborgh anno MCCCIL. celebratum, existat, apud B. de Westphalen, l. cit. Tom. III. pag. 2066.

(ll) Conuictionem, eandem fere testamentorum formam, in essentia- libus ad minimum convenientem, uniuersae Germaniae fuisse commu- nem, dabit V. C. I. Heumann, in Appendice documentorum statuta- riorum; Exercitt. Iur. uniu. praec. Germanici; adiecta.



faciunt. Inde etiam, effectu spectato, talem chartam ad plenam fidem faciendam idoneam esse, negari nequit.

## §. 17.

De hac publicorum instrumentorum forma, cuius Germanicam originem et aetatem satis probauisse confido, nunc alteram thesin adstruere conabor. *Si illa in omnibus ciuilibus negotiis usitata fuit, manifeste in hunc solum finem, ut negotii gesti esset legitima probatio, eadem testamentis condendis accommodata, non aliam rationem, nec alium finem habuisse, censenda est.* Instrumenta coram Senatoribus quibusdam priuatim confecta, in omnibus ciuilibus negotiis usitata fuisse, generalis iuris Lubecensis antiquissimi §. praec. excitati locutio inuoluit, verbis: *So war Ratman hebbet gewesen* OVER SAKEN; et porro: *Des enes tügent doir so weele, also twier Ratmanne tügent* IN DER SAKK; hac enim omnia negotia ciuilia comprehenduntur, et ad illa celebranda Senatorum testimonium rogari solere docetur, cum testamentis eadem forma speciali constitutione Artic. 161. praescripta sit; quae, aequae ac Bremae Iuratorum testimonium, maioris momenti negotiis propria fuisse videtur. Iuris Lubecensis antiquissimi constitutionem recepit, sed eius verba cum magis perspicuis commutauit, quo hodie utimur iuris Lubecensis codex, L. I. Tit. I. art. 3. dicens; *Wann Raiths-Personen BEY SACHEN, HAENDELN, und Testamenten gewesen etc.* Non solum diserte omni generi negotiorum ciuiliu adhiberi Senatorum testimonium, declarat, sed et, testamentorum mentione in continenti ad-



adfecta, in his, vti in caeteris omnibus negotiis, nec diuersa ratione, interponi indigitat; quod et Meuius (a) de praxi Lubecensi testatur, in omnibus negotiis ciuilibus, inter vitios et mortis causa celebratis, testimonio Senatorum honorem suum haberi, affirmans (b). Exemplum negotii, in quo moris erat, Senatorum testimonium rogare, exhibent LL. Brunsvicensis (c), quae anno MCCXXXII. adscribuntur; P. I. art. 58. diserte statuentes; *Swat men vor twee Ratmannen lovet unne schult, dat ne mach me mit nenen eden breken.* Ad Bremam attenti, moribus hodiernis edocemur, non sola testamenta, sed et pacta dotalia, transactiones, aliaque maioris momenti negotia, coram Senatoribus duobus priuatim rogatis celebrari, et cuique integrum esse, in aliis omnibus negotiis peragendis, eandem adhibere formam. Si igitur, mutationis praefunctione exclusa, maiores ad eandem normam actus ciuiles composuisse censendi sunt, quae hodie eorum formam regit; quam hodie aliis negotiis ciuilibus communem videmus, instrumentorum coram Senatoribus quibusdam confectorum, formulam, eandem et olim iis communem fuisse, affirmari poterit; quod allegatis, Iuris Lubecensis et LL. Brunsvicensium, antiquioris aevi testimoniis confirmatur. Quod autem actorum enarratio in negotiis, ex duorum in idem pla-

citō

(a) in Comment. ad Ius Lub. ad Westphalen Mon. ined. T. IV. pag. 208. loc. cit.

(b) Simile quid Hamburgi in usu fuisse, ex Cod. I. Hamb. antiquiss. Leibnitii. Tom. III. pag. 437; testamentis eandem formam tribuunt. P. II. art. 34. et P. IV. art. 39.



cito et consensu peractis, charta comprehendere solet, quo eorum exstet memoria et manifesta probatio, non vero solemnitate causa. (quam in vltimis voluntatibus postulare, iuris Romani cognitione assueuimus,) certius est quam quod certissimum. Si itaque eandem instrumentorum publicorum formam, qua in ceteris negotiis seruata est gestorum memoria et praeparata futura probatio, etiam testamentis condendis accommodatam cernimus, nonne eodem modo, et in eundem finem ibi adhibitam esse, merito persuasi sumus? Praesertim si perpendimus; 1) maiores, cum prima testamenta conderent, diuersam eorum, a caeteris negotiis, quae in vita ciuili celebrantur, naturam non cognouisse (d); 2) inde nihil in testamentis, nisi voluntatis omnimodam certitudinem, legitima probatione eruendam, requisuisse, et pro validis agnouisse, quorum exploratissima veritas exacte probari posset (e); et hanc ob causam, 3) caeteros testandi ritus nihil proprii habere, quod, alio modo celebratum esse testamentum, ac aliud negotium ciuile peragebatur, doceat. Substituisse maiores in modis, qui caeteris actibus ciuilibus communes erant, legitimam negotii gesti probationem conseruandi (f); et 4) cuiusque arbitrio reliquisse, qualemcunque formam testamento tribuere, et quomocunque voluntatis certitudinem erui posse, efficere velit, nullam vero testandi formam lege iniunxisse; quod, omnium testandi modorum eundem finem fuisse, confirmat. 5) Denique vero, ipsa testamenta antiqua comprobant, Senatorum testimonium testamentis

(d) Cf. S. 10.  
(e) Cf. S. 11.  
(f) Cf. S. 12.



mentis accessisse, solius fidei, instrumento cui inserta erat ultima voluntas, tribuendae causa, ut ad probationem legitimam declaratae voluntatis sententiae sufficere posset. Id enim diserte loquuntur formulae, quibus Senatores vsi sunt in signandis testamenti tabulis; e. g. *Des to blivender orkunde hebbe wi unse rechte ingesegele undergedruckt etc. (g).* *Des to tughe etc. (h),* *Des to merer wittlicheyt und in tucknisse der Warbeit etc. (i).*

Quo posito, prono desfluere aluco credo; vnicum finem, in reliquis ultimas voluntates celebrandi formis attentum, etiam in illo testandi ritu qui frequentissimus fuit, solum ante oculos fuisse testatoribus; consequenter, *in testamentis coram Senatoribus conditis nullam quaerendam esse solemnitatem*; sed, qui testamenta sola testatoris manu scripta, eiusque sigillo obsignata pro validis agnoscerent, idem negotium coram Senatoribus quibusdam peregrisse, non tanquam solemne, sed quo voluntatis sententiae omnimoda certitudo instrumento publico conferuatur, et exploratissima voluntatis veritas semper haberi possit. Hodie vero cognito iure Romano, et principis quibus testamentifactio, ipsi propria, nititur; quomodo tibi persuaderes, solemnitatis quid inesse ritui testandi, cuius forma eadem constans permansit, quae maioribus nostris seculo XIV. et XV. fuit?

Et

(g) in libro testam. in Cancellaria Brem. MD. coepro. N. L.

(h) in testamento Henr. v. d. Hude; anni MCCCCLIX. cuius authenticum in scriniis Ecclesiae Bre-

mensis, quae a B. Maria virgine nomen habet, seruatur.

(i) in testamento Henr. Wyld; anni MDXVII. quod ibidem custoditur.



Et, quae aliis negotiis ciuilibus hodie etiam accommodatur, in finem perennem eorum legitimam probationem habendi, vnde eadem forma, si testamentis condendis adhibetur, solemnitatem quaereret?

## §. 18.

Quae mea sit sententia, de origine testamentorum Bremae coram Senatoribus quibusdam conditorum, hucusque explicauit; pergo in ponderando, quid alii eadem de re sentiant. Posita eorum, quae §§. proxime praecedentibus dixi, veritate, *ritus iste testandi, nec in locum testamentorum, coram Iuratis olim conditorum, est surrogatus; nec formae testandi in c. 10. et c. 11. X de testamentis et ultimis voluntatibus, descriptae, imitatio.* Celebrerrimus statutorum Bremensium interpres, et Reipublicae patriae quondam Consul HENRICVS KREFTING, olim testamenta, quia res maioris momenti erant, Iuratorum testimoniis probanda fuisse, consentit, defendit autem horum officio abrogato, ea quae muneris Iuratorum erant, senatoriae dignitati esse annexa, et inde Senatores in locum Iuratorum surrogatos, hodie testamentis condendis interessè, quia in his, vi Ordeel IV, olim Iuratorum rogandum erat testimonium (\*). Sed ignoscant manes Kreftingii, quod hic cum eo sentire nequeam, quanta caeteroquin

(\*) in notis ad Ordeel VII. Eius sententiae assensum non plane denegare videtur; Documentum Ampl. Senatus Brem. de forma testamentificationis Bremensis, productum Spirae MDLXXI; quod in Ap-

pend. docum. f. l. E. adiungere possum, in hunc finem, beneuola opera VIRI EXCELLENTISSIMI CONSULTISSIMI AHASVERI, saepius honoris causa nominati, mecum communicatum.



reoroquin aestimem eius de iure patrio merita. Riturum enim negotia coram Senatoribus peragendi, abrogationem muneris Iuratorum aetate antecedere, (§. 16.) probaui; et, quod eodem aeuo, seculo XV, promiscue coram Senatoribus, et adhibito Iuratorum testimonio condita inueniantur suprema iudicia, impedit, quo minus alterum testandi modum, in locum alterius abrogati, surrogatum esse, cum veritatis specie affirmari possit. Praeterea vero a Krestingio traditae surrogationi obstat, quod non aequae hodie, in negotiis civilibus maioris momenti, necessitatis sit Senatorum auctoritas, prout in his, quae marcam Bremensem excedebant, lex olim Iuratorum testimonium rogari iuberet, cum tamen surrogatum eius cui surrogatur naturam accipere verissimum sit.

„Morem, testamenta coram Senatoribus quibusdam condendi,  
 „imitationem esse formae testandi in c. 10. et 11. X. de testamentis et  
 „vltimis voluntatibus, descriptae, hanc in vsu fuisse Bremae, etiam  
 „cum iuris Romani cognitio in Germaniam penetraret; in locum  
 „parochi et testium autem Senatores successisse, praecipue ibi ubi  
 „tanta non esset cleri auctoritas;„ affirmat Celeberrimus Reipublicae  
 patriae quondam Consul CASPARVS A RHEDEN (1), contra  
 quem, tam insigni iuris patrii notitia conspicuum, disputare, audaciae esset, rationem eius sententiam impugnantem, iis, quae iam,  
 de

(1) in diss. de restricta dispon. inpr. test. fac. vx. Brem. §. 7. Eandem sententiam fouent; Auctor *der Saml. der Hamb. Ges. u. Verf. IV.*

*Th. 2. Abschn. §. 124.* et I. Z. Hartmann in diss. de testamento iuris Canonici testamenti iuris Lubecensis causa.



de vera huius testandi ritus origine dicta sunt, addere permis-  
sum erit. Struere possem argumentum, in citatis textibus iuris  
Canonici, aequae ac in cap. 4. eiusdem tituli, tantum iis vltimis  
voluntatibus formam scribi, quae in fauorem piae causae conde-  
rentur, quas Pontifices existimabant ex solis legibus diuinis di-  
iudicari debere, et sine respectu ad solemnitatem, in effectum  
deduci, dummodo de voluntatis sententia certo certius constet  
(*m*). Sed hoc vrgere nolo argumentum, quia pleraque vereris  
acui testamenta, etiam Bremae condita, in fauorem piae causae  
composita fuerunt. Etiam hoc in suspensio relinquo, an in pa-  
triae ciuitate, sede archiepiscopali, clero tanta non fuerit aucto-  
ritas, quantam in aliis locis exercuit? Id tantum monere liceat,  
nullum reperiri vestigium, formam testandi in citatis textibus iu-  
ris Canonici descriptam, vnquam Bremae in vsu fuisse, et vel  
simplici vice celebratam esse; certe, nec *SVMMIS FAVORIBVS*  
meis, saepius honoris causa nominatis, qui beneuole consilio et  
aestumatissima opera, meo qualicumque studio in inuestigandis te-  
stamentifactionis Bremensis originibus, succurrere haud dedignati  
sunt, nec mihi, vllum testamentum ex iuris Canonici placitis  
Bremae conditum, obuenerit; et quod clerici Bremenses ipsi aliam  
elegerint testandi formam (*n*), confirmat, ad normam c. 10. et  
11. X. de testamentis et vltimis voluntatibus, nulla Bremae pub-  
licata esse suprema elogia.

§. 19.

(*m*). B. I. H. Boehmer in I. E. P. (*n*) Cf. §. 11. not. h).  
T. II. L. 3. Tit. 26. §. 19. seq.



§. 19.

Porro, exposito principio, testamentum iure Bremensi coram quibusdam Senatoribus conditum, Germanicae originis esse, hancque ad minimum duobus seculis omni iuris Romani cognitione priorem, apparet, *hunc testandi ritum, nec ex forma iuris Romani, testamenta apud acta publicandi, ornum traxisse, nec ex norma horum testamentorum iudicialium, diiudicandum, esse.* Testamenta, quae olim Bremae in Senatu condita sunt, iudicialia dici posse supra indicavi, sed et inter illa, et testamenta iudicialia Romana, parum similitudinis esse, notare non omisi. Toro coelo autem ab iis, quae in Senatu celebrata sunt testamenta, differunt, quae coram Senatoribus quibusdam priuatum rogatis conduntur. Quae Lubecae, et eodem modo Hamburgi, coram Senatoribus duobus publicantur suprema elogia, Meuius (o) testamentis iudicialibus Romanis comparat, horumque iura iis applicare studet. Nec affirmare audeo, comparisonem hanc, iure Lubecensi et Hamburgensi spectato, omni destitutam esse fundamento, quia ibi Senatores ad testamenta celebranda, publica Senatus, vel Consulis fasces regiminis in ciuitate tenentis, auctoritate delegantur, vi delegationis autem, Senatus vice fungi, et omni eius iurisdictione et potestate praediti esse intelliguntur. Sed si eundem testandi ritum, prout Bremae a seculis in usu fuit, attendimus, priuata rogatione ad testamentifactionem vocantur Senatores (p).

(o) in Comm. ad ius Lub. L. II. Tit. I. art. 2. N. 73. seq.

(p) Alia iura statutaria, priua-

ram Senatorum rogationem indulgentia, excitat I. Heumann. P. C. Exercit. I. Germ. Spec. VII. §. 4.



a testatore pro arbitrio electi, et itidem arbitrarie vel negotio praesentes vel testimonium recusantes. Cessante itaque omni delegatione, qua Senatoribus duobus tribui posset Senatus auctoritas et iurisdictionis, quae coram his peraguntur, aequiparari nequeunt iis, quae in iudicio apud acta celebrata sunt, cum duorum Senatorum, casu fortuito quasi et privato arbitrio conuenientium, nulla sit iurisdictionis. Delegationem perpetuam autem, et cum senatoria dignitate in diuiso nexu coniunctam, fingere, me quidem iudice, delegatae iurisdictionis notioni repugnat.

## §. 20.

Si igitur manifestum est, nullam actorum iudicialium speciem adesse, in testamentis iure Bremensi coram Senatoribus quibusdam conditis, haecque nullo modo ad iudicialia testamenta referri posse, naturalis inde desluit consequentia; quod ad haec testamenta plane applicari nequeat, quem testamentis iudicialibus in Germania occasionem causamque dedisse perhibent (1), mos Germanorum maioris momenti negotia in iudicio pertractandi. Nullam Bremae inueniri, nullo aeuo, necessitatem iudicialiter testandi, supra iam dixi (§. 15.). Ex laudato Germanorum more, testatoribus in mentem venisse, in Senatu commode testamenta confici posse, lubens indulgeo; caeterum vero me persuasissimum sentio, alios testatores, non tanti momenti negotium testamentifactionem attestantes, consueta, in caeteris ciuilibus negotiis media, gestorum memoriam in finem legitimaee probationis conseruandi, adhibuisse; et inde, cum reli-

(1) Vid. I. L. Stein Einl. zur Lübsch. Rechtsgel. §. 159.



quis testandi modis Bremae ortum traxisse ritum, testamenta coram duobus tribusve Senatoribus priuatim rogatis condendi, cuius usus hodie frequentissimus superest.

CA P V T II

TESTAMENTIFACTIO IVRE BREMENSI  
LIMITIBVS CIRCUMSCRIPTA.

Hucusque occupatus fui, in inuestigandis testamentifactionis Bremensis originibus, et in probando, solam voluntatis certitudinem attendisse maiores, qui testamenta conderent, vel conditorum valorem diiudicarent. Praeterea probare tentavi; formae testandi, coram Senatoribus quibusdam, non aliam fuisse rationem, quam reliquis viribus testamenta conficiendi. Formam scilicet, omnibus civilibus negotiis adhiberi solitam, testamentis accommodatam esse; et legitimam probationem declaratae voluntatis, vnicum eius finem fuisse. Citra ratione illustratione digna erit haec forma testandi, quae hodie, de omnibus enarratis, sole usitata est, sed ad caput tertium dissertationis illam refero, et hoc capite, quae testamentifactionis Bremensis, quatenus per illam de bonis dispositio fit, iura sint? disquiro.

Testamenti ius succedendi immutatur, et bona testatoris iis attribuitur, qui ius perfectum illa acquirendi non habebant, nec



absque testamento, habuissent. Testamento inque, gratuito modo, et liberalitatis exercendae causa, de bonis dispositio fit, et bonorum alienatio, quae sub notione donationis, in genere summae, comprehendi potest; consequenter, ad testamentifactionem, quatenus alienationem gratuitam et liberalitatis exercendae causa factam continet, quaecunque leges Germaniae de donatione, in genere sic dicta, *van geuen, van gifte*, statuunt, merito applicantur (a). Vi cuius principii, *testamentifactionem iure Bremensi limitibus circumscriptam* esse dico, quatenus ius statutarium Bremense et mores patrii, donationem, modo definitam, varie restringunt, huius iura autem testamentifactioni applicanda sunt, hoc cum effectu, ut non cuique liberrimum remaneat testandi arbitrium, quale indulget ius Quiritium.

Si quaerimus, an valeat testamentum? in primis animaduertere debemus, an is, qui fecerit, testamentifactionem habuerit? est doctrina Gaii in l. 4. D. qui testam. facere poss. et quemadm. testant. fiant. Quam sequor, dum primo loco personas, quibus iure Bremensi vel adempta, vel adhibito curatore tantum permissa est, testamentifactio, definire studeo; silentio tamen praetermissa enarratione earum, quas ad testamentum conficiendum inhabiles declarant, vel ipsius actus natura, vel iuris subsidiarii placita.

Aequè

(a) Cf. *I. L. Steins. Einl. zur* plus laudatum *B. C. a Rheden de Lübsch. Rechtsgel.* §. 158. et fae. restr. dispon. §. 16. seq.



Aequè ac ius Romanum, *impuberibus* facultatem testandi denegat ius Bremense; sed pubertatem, quae hanc facultatem tribuit, seu testamentariam, aliter definit leges Germanicae, et hos inter Bremenses, aliter ius peregrinum. Nullum Germanos inter pubertatem et maiorem aetatem agnoscerè discrimen, amicitia legum Germanicarum consonantia confirmat (b), quae autem liberis virisque sexus, ut tutela excedant, scripta est aetas, eadem pro pubertatis testamentariae legitimo termino haberi solet (c). Ita vero terminus in statuto XIV. praescriptus, et statuto XVII. reperitus, ut ab eo tutorum cesset officium, in foeminis XV. in masculis XVIII. annus (d), pro termino iure Bremensi pubertati testamentariae scripto merito habetur, cum legibus vel moribus alius non sit desinitus. Attamen matrimonium citius ingredientes, vel separatam instituentes oeconomiam, cum libera rerum suarum administratione, facultatem testandi quoque nanciscuntur (e).

Porro ius Bremense testandi facultatem denegat *coniugibus*. Coniuges vi Ordeel LXXXVI. in communione bonorum vniuersali viuunt, et superstiti debetur vniuersitas bonorum, quae communis fuit,

(b) Iura Germanica, in verbis tantum, non re ipsa, hoc discrimen agnoscentia, recenset Illustris de Selchow in Elem. I. G. priuati. §. 197. not. 3.

(c) Cf. Heineccii syll. Opusc. Ex. XXVI. §. 18. Consensum et dissentium iurium statutariorum allegat. B. de Senkenberg. Diss. de testam. publ. C. IV. §. 12. et I. Heumann

Exercitationum iur. vn. praec. Germ. Ex. I. praesertim §. 8.

(d) Iura statutoria eundem terminum desinentia excitat, H. Giesebert peric. II. stat. harm. pract. art. XXVIII. n. 20; curatior Illustris de Selchow. l. cit. §. 200. not. 5.

(e) Heumann. l. c. §. 11. et vid. B. Phil. Schoene diss. de Tutela. §. fin.



fuit, ex statuto VII, ita, ut in communione, ipso iure priuatiue continet possessionem bonorum, hucusque communium et pro socio possessorum. Nulla itaque alteri coniugum tribui potest, inuito altero, de bonis disponendi facultas, nec magis testamentifactio; nisi, quam statutum XIII. vxori de tribus optimis vestitus sui partibus indulget (f); et quam, statuto X. permissam esse, infra indicabatur.

*Curatore ad testamentifactionem celebrandam indigent foeminae, etiam non maritatae.* Ea enim est foeminarum iure Bremensium si perpetua cura, vt, si maioris momenti negotia peragere volunt, ad quodque illorum sibi curatorem eligant. Idem vero in vltimis voluntatibus seruaria docent testamenta foeminarum antiqua, quae non nisi accedente curatoris auctoritate, condita inueniuntur (g); et sententia A. Senatus Bremensis (§. II. c. I.) allegata, quae valore destitutos indicabat codicillos, quia sine curatore conscripti essent. Non tamen tantam censeas curatoris auctoritatem, vt testamentifactionem impedire frustrareue possit, cum ab arbitrio foeminae eius pendeat electio atque recusatio (h).

§. 3.

(f) Ad quod statutum conscripta est egregia dissertatio B. C. a Rueden de restricta disponendi imprimis testandi facultate vxorum Bremensium. Similis constitutio inuenitur in iure Dismarisco antiquo, art. 123. apud B. de Westphalen monum. in ed. T. III. pag. 1800. et in L.L. Prov. rerae Scaniae; ibid. T. IV. p. 2067. in Cod. antiq. iur. Hamburg. P. IV.

c. 4. ibid. pag. 2098.

(g) in Libro testam. in Cancell. Brem. MD. coepto. N. VII. VIII. IX. CL. CCXXV. CCXXXVIII. CCC. et CCCII.

(h) Cf. B. H. Hake de iure foeminarum Bremensium. c. 3. §. 4. et B. I. H. Boehmeri Exercit. ad D. T. IV. Ex. 74. c. 2. §. 11. De iure Lubecensi, vid. Steins. Einl. §. 158.



§. 3. Hæc qui omnia circumscripta  
 Si quaeras; de quibus bonis permiffa fit testamentifactio? Ius Romanum nullum, ad hunc effectum, agnoscit bonorum discrimen, indulto Quiritibus generali priuilegio; Paterfamilias vt legaffit, etc. Sed plane aliter Germania, fucceffionis legitimæ fauix, cuius leges communem iurum spirare videntur genium, quod omnem bonorum alienationem, quæ in detrimentum legitimi heredis vergere poffet, arctis circumfcribant limitibus, minime autem illi faueant, quæ gratuito modo et liberalitatis exercendæ caufa fit, quam testamentifactionem comprehendere indicaui (§. 1.). Veriffimum inde eft, Germanos, testamentis, ab initio nomine magis quam re ipfa, receptis, patriorum morum fuiffe tenaciffimos, et quæ leges moresue caeteris modis gratuitaæ difpofitionis eximunt bona, etiam testamentifactioni exempta effe cenfenda. Quo pertinent 1) *bona hereditaria*, Germanice *Erbe*, *Erbe-Gut* (i). Quæ Germanicæ denominationes duplicem habent fignificatum in iure ftatutario Brement. Quatenus enim de iure protimifeos, vel retractus gentilitii, fermo eft, vt in Statuto XLV, bona hereditaria, feu auita, in fpecie indigitant, caeterum vero ad quæuis bona immobilia, quocunq; modo acquifita, indicanda adhibentur (k). Nam ius patrium etiam agnoscit vniuerfalem (l) bonorum diuifionem, quæ in Germania

ex

(i) Synonyma Germanica congeffit L. I. Sorber D. de iure reuolutionis ac recadentiaæ. §. 6.  
 (k) Vid. EXCELL. OELRICH, in Gloff. ad Stat. Brem. pag. 46. feq. et ab eo allegatus B. D. Schoene,

Illuftris Reipubl. patriæ quondam Syndicus, in diff. Singularia iur. Brem. ratione contr. E. V. Cap. 2. §. 5.  
 (l) Vid. Ius Lub. Tit. 10. L. 1. art. 6.



ex antiquissimo aeuo superest, vi cuius, *hereditaria bona*, quae successionis beneuolō iure possessori obuenerunt, ab iis, quae, proprio labore vel alio quocunque modo, parata sunt, distinguuntur.

Hereditariam qualitatem autem, qua legitimis possessoris heredibus ius perfectum immediate ex lege tribuitur bona hereditaria acquirendi, restringunt ad sola immobilia pleraeque leges Germanicae (*m*); hisque ius Bremense accedere, variis A. Senatus Bremensis sententiis iudicatum est; cum idem suadeat legislatoria prudentia, litibus refecandis inuigilans. Ius, quod intuitu hereditariorum immobilium legitimis possessoris heredibus quaesitum est, iniuris auferri, natura non permittit, et leges, indulto protimiseos et retractus gentilitii iure, tanquam mediis illud perfequendi, cauent (*n*). Omnis igitur prohibita est, de bonis hereditariis dispositio, praesertim vero gratuita, et quae liberalitatis exercendae causa sit, quam, iure Bremensi, hoc casu in specie testamentifactionem complecti, confirmat sententia A. Senatus Bremensis MCCCXLIV. publicata (*o*). Declarat enim, de rebus mobilibus omnibus, et de censibus annuis ex immobilibus emtis, liberam esse testamentifactionem, immobilia bona autem, a parentibus successionis iure acquisita, legitimis heredibus esse relinquenda. Caeterum vero, quae ex collateralium success-

(*m*) Cf. Ius Lubec. l. c. et Meuium ad h. loc. N. 69. Statuta Lüneburg. P. VI. Tit. V. §. 1. et I. C. H. Dreyer de restricta facultate bona hereditaria alienandi ad mobilia non pertinente I. Germ. Holfat. et Lubecensi. Caeterorum Iur. Germ.

consensum, hac de re, allegat H. Giesebert. l. c. Art. XXXII. N. 8. sq.

(*n*) Meuius ad Ius Lubec. l. cit. N. 62.

(*o*) in Codd. Statut. Bremi. antiquiss. ab EXCELL. ORBRICHUS editis pag. 246. Ord. 1975



cessione acquiruntur immobilia, etiam iure Bremensi hereditariam induere qualitatem, generalis Ordeel LIV. locutio innuere videtur (p). Nihil autem obstat, quo minus inter viuos bonorum hereditariorum alienatio interueniente consensu eorum, quorum interest, rite celebretur (q), et, quin de testamentifactione consensu legitimorum heredum approbata idem affirmemus, quid impediatur, non video (r). Quod vero sine consensu heredum legitimorum, de bonis hereditariis, conditur testamentum, vti quisque actus lege prohibente susceptus, nullum est (s).

## §. 4.

2) Communionem bonorum vniuersalem coniuges in illa viuentes, a testamentifactione prohibere, supra iam indicauimus. Bonae itaque quae communionis iure a coniugibus possidentur, testamentifactioni plane exempta sunt, nisi vtriusque coniugis consensus accedat (ss); et licet olim tantus erat legatorum ad pias causas fauor, at-

(p) Consensit Ius Lub. L. 1. T. 10. art. 2. Stat. Hamb. P. III. Tit. 1. art. 7. Stat. Verd. 85. Dissentiunt Statuta Lüneburgensia loc. cit. et Ius Saxon. de quo vid. G. Beyer in Spec. I. Germ. L. II. cap. 11. §. 5.

(q) De praxi Bremensi; vide Ordeel 61. pag. 190. in Codd. Statut. ab EXCELL. OELRICHS editis. Alia Iura statutaria cumulaui H. Giesebertus in peric. II. Stat. Harm. pract. art. XXVII. n. 31.

(r) Testamenta quibus consensus legitimorum heredum accessit, vide in N. Staphorst Hist. Eccl. Hamb. P. I. Tom. IV. pag. 140. 348. 442. 457. et 482. et in Libro testam. in Cancell. Brem. anno MD. coepto N. CCXXI.

(s) l. 5. C. de LL. Cf. Meuius ad I. Lub. l. c. n. 82. seq. Vide etiam c. 8. X. de in integr. restit.

(ss) H. A. Lange v. d. Gemeinsh. der Güter unter teutschen Eheleuten. C. 7. §. 5.



attamen quae alter coniugum pro salute animae dari iubebat, cum consensu coniugis legata esse, diferte in testamento allegabat (r). Soluta morte coniugis matrimonio, nec liberis existentibus, omnē ius circa bona hucusque communia ad superstitem coniugem redit, et liberum de iis disponendi arbitrium, quod solo alterius coniugis iure circumscriptum erat. Vti hoc difertis verbis confirmat statutum X. *Is he ock sunder Wis, und sunder Kinder, so mach be alle sin guth, dar he mit sinem arbeide gewonnen besi, benne geven so wor he will.* Ad viduam etiam statutum interpretatione vsuali extenditur, cum verba eius de solo marito superstite loquantur (rr).

Sed, si liberi ex matrimonio adsunt, aliam faciem induit facultas testandi superstitis coniugis. Liberi ex matrimonio, sub lege communionis bonorum vniuersalis inito, prognati, ipsa natiuitate in conpossessionem bonorum communium venire censendi sunt; vi cuius alterutro coniuge relictis liberis defuncto, inter hos et superstitem coniugem bonorum communio continuatur (u), ac parentes superstites et liberi socii esse existimantur, respectu bonorum in matrimonium olim collatorum, omnisque accrescentis lucri, vel damni contingentis. Haec autem societas dirimi nequit, nisi morte socio-  
rum, vel parenti, et cuicumque liberorum, portione virili ex bonis

com-

(r) In testamento, in Libro testam. in Cancell. Brem. MD. coepro, N. III. VI. et XXIII. testator dicit, se confecisse testamentum; *mit Vullbord siner leuen Husfrowen.* Cf. Lange l. c. §. 10. 12.

(rr) teste I. Ahmers in notis ad h. statut.

(u) Vid. Illustris G. L. Boehmeri diss. de iur. et obi. coni. superst. ex comm. bon. vniuers. §. 17. et Excellentissimi A. Heymann. diss. de comm. bon. inter coniuges nobiles atque illustres per Germ. exule. §. 20. pag. 44.



communibus assignata, et bonis ita inter omnes aequalibus partibus distributis (v).

Neminem negaturum spero, quod, in hac prorogata bonorum communione, superstes coniux et liberi eodem iure et eadem ratione socii sint, et pro indiviso bona possidere censeantur, ac coniuges, durante matrimonio, socii bonorum communium, et in eorum conpossessione erant. Porro; applicato simplici illo, et naturae quam maxime conformi, successionis Germanicae principio; ille succedit, seu potius mortuo socio bona priuatiue retinet, qui in eorum conpossessione et communione erat, neutra gaudens, licet eodem gradu defuncto coniunctus, nullam bonorum partem successionis iure acquirere valet, quousque socius conposseffor existit (x); dicendum erit: liberi consortes, eodem iure et modo, vtroque parente defuncto, occupant commune patrimonium, quo liberis non existentibus, superstes coniux coniuge vita excedente illud retinet et pleno proprietatis iure acquirit (y). Quibus positis principiis, coniugi superstiti omnis de bonis communibus liberalitatis exercendae

(v) Vid. *Lange* l. c. c. 8. §. 5.

(x) Vid. *I. C. H. Dreyers verm. Abhandl.* T. I. p. 93. ibique citati DD. F. E. Puffendorff. O. I. V. T. II. obs. 192. §. 3. et ab eo citati DD. B. de Senkenberg in *diff. saepius cit.* pag. 69. et in *sel. iur. et Histor.* Tom. IV. p. 304. Inde est, quod vocem Germanicam *Erbe* proprie condominium, seu conpossefforem significare, doceat; *I. G. Esfor in den kleinen Schriften.* P. XI. p. 417.

(y) Coniugem superstitem, liberis non existentibus, incongrue dici, defuncto ab intestato succedere, cum continet dominium, quod constante matrimonio indiuisum fuit penes vtrumque coniugem; iam notauit C. G. Knorre in *Progr. de vsu paroemiae; der letzte ihut die Thüre zu.* §. 8. Cf. *Lange* l. c. c. 1. §. 2. et c. 7. §. 1. et *Illustris I. S. Pütter in Elem. I. G. priu.* §. 362.



dae causa disponendi, et consequenter etiam testandi facultas, existens liberorum itidem plane auferretur, vti illa, durante matrimonio, alterius coniugis condominio et conpossessione plane impediri videtur (z). Sed pleraque iura Germanica (a), et hos inter ius statutarium Bremense, tam coniugibus durante matrimonio, quam superstiti liberis existentibus, non obstante communiione bonorum vniuersali statuta vel prorogata, certae partis bonorum nouiter acquiritorum alienationem, inter viuos vel mortis causa, liberissimam permiserunt. Loquitur hac de re statutum X. ita: *So welo mann er-ven best, de mach by sinem sunden liue, edder in sinem suik bedde wech geven sinon Deil, de obme to boeren mach, van alle sinem gude wor he will.* Indulget statutum plenissimam alienandi libertatem, et quidem non solum donationem nominat, sed et, quae in casum mortis fit, discretis verbis exprimit, ita vt nullum superstit dubium, testamentifactionem non excludi. Statuit de solo marito, qui uxorem habet et liberos ab illa susceptos; voce *er-ven* enim uxorem liberosque indigitari, declarant verba in continenti adiecta, *is he ock sunder Wis und sunder Kinder*; supponi maritum cum uxore in communiione bonorum vniuersali viuentem, in dubium non venit, cum haec inter coniuges Bremenses vi Ordeel LXXXVI. regulariter obtineat. Tali marito liberam facultatem concedit gratuito modo alienandi, *partem ipsi ex omnibus bonis debitam*; quae, si Kresingium (b) audimus, sine

(z) Cf. Lange I. c. c. 7. §. 12. Giesebert in peric. II. Statut. norm. pract. Art. XXVII. N. 12.  
 (a) Consensum iurium statutario-  
 rum, cum iure patrio exhibet Henr. (b) in glossa ad statutum X. respe-



respectu ad numerum liberorum, dimidia pars omnium bonorum erit; me iudice vero, ex numero sociorum, computatis scilicet parentibus et liberis, determinanda est. Licet enim neutri coniugum ad diuisionem bonorum communium prouocare integrum sit, quippe quorum societas non arbitraria, sed expressa lege inter omnes coniuges stabilita est (c), in bonis communibus indiuisis tamen determinari potest pars quota, in cuiusque focii portionem virilem ventura, si bona inter omnes diuiderentur, ac consequenter liberorum aequae ac parentum capita computanda essent. Patrifamilias statuto X. alienandi testandique facultatem indulgeri, de parte, in bonis communibus indiuisis ipsi competente, ex numero liberorum et coniugum determinanda, probant: 1) indefinita statuti locutio, *sinen Deil, de öhme to boeren mach*; qua, eadem in statuto VII. et VIII. statutorum Bremensium conditores non aliam ob causam viuuntur, quam, quia in abstracto determinari nequit, pars marito uxorem liberosque habenti ex communibus bonis debita, quae pro liberorum numero, maior, minorue est. Quid enim facilius fuisset, quam iubere, liberam esse patrifamilias testandi facultatem de dimidia bonorum parte, si haec perpetua norma definiti potuisset? 2) Parens solus superstes nihil ultra portionem virilem, numero liberorum determinatam, ex bonis communibus accipit, si illa soluto matrimonio diuiduntur, e. g. in casu statuti VIII. Attamen certo certius est, parenti, heredo cito communi patrimonio, non minorem maioremue attribui bonorum partem, quam quae

ipsi

(c) Lange l. c. c. 8. §. 5.



ipſi pro indiuiſo in bonis communibus competebat. 3) Idem loquitur ſententia A. Senatus Bremeniſis anno MCCCCLXVIII, poſtquam in Senatu praelecta erant ſtatutum VII. et X, pronuntiata (d). *Nae dem Otte Berneblas viſ lewendighe Kinder na leeb; unde de Vrowe daribo mede ſittende bleef, unde na der tyd ſtorven, ſo en konde Otte nicht meer vorgheven den den ſeevenden deel* (e).

Vi huius ſtatuti patrifamilias, de parte bonorum ipſi debita, donare vel teſtamentum condere licet durante matrimonio. Idem patri in prorogata bonorum communione cum liberis viuenti, eodem modo licere, demonſtrant principia, quibus ſupra ſocietati inter conjugem ſuperſtitem et liberos prorogatae, applicauit iura communione bonorum vniuerſalis durante matrimonio ſtatutae.

Præeunte ſtatuto ſolum maritum nominante, de patrifamilias teſtandi facultate hucusque diſſerui. Sed, an ne idem teſtandi ius tribuendum ſit vxori, vel, ſoluto morte mariti matrimonio, viduae cum liberis in communione bonorum viuenti? quaefſtio oriri poteſt; quam, vt exacte ad illam reſpondere poſſim, diuidendam eſſe cenſeo.

(d) Inuenitur, in Libro ſententiarum, A. Senatus Bremeniſis. Fol. 31. c. 1; vt vero exinde in meos viſus deſcribatur, curam ſuſcepit EXCELLENTISSIMVS AHASVERVS, Fautor pie colendus.

(e) Hoc permouiffe videtur C. a Rheden, vt in diſſ. Diſſer. jur. ſtat. Brem. et I. R. circa ſucceſſionem ab inteſtato. S. II. §. 7. legitimam liberorum iure patrio definitam eſſe dicat, ſecundum numerum perſonarum,

quae ex parentibus et liberis ſuperſunt. Vide App. doc. ſ. l. A. et Cf. B. de Weſtphalen monum. ined. T. IV. pag. 2035. vbi, in LL. prou. terrae Scaniae. L. II. c. 2. patri monaſterium ingredienti permittitur bonorum pars, ita deſignata: *ipſum contingens portio nominatur, quae diuiſione facta, inter filios et filias, ac ipſum et alios, ſi qui fuerint, communium bonorum conſorſes, ſibi ſoli competere, comprobatur.*



leo. Quod vxorem atinet, nihil quidem affirmare audeo, nec quid in praxi obtineat determinare valeo; vereor tamen extendere ius foli patrifamilias statuto X. discretis verbis concessum, et ad hoc vxori denegandum propensior est animus. Hoc enim obseruauisse credo, ius statutarium Bremense in constituendo iure, quod vtrique coniugi commune esse vult, discretis verbis maritum et vxorem nominare, e. g. in stat. XI. XIV. XVI. et alibi; eadem ratione, vti vtrumque sexum recenset, si iura vtrique sexui communia ordinat; e. g. in stat. V. VI. XXIV. XXX. XXXII. et alibi. Accedit, quod nisi uxori omnis denegata fuisset donandi testandique facultas, aegrotæ eandem per modum exceptionis, respectu trium vestitus partium, restituere, vti factum est statuto XIII, omnino superfluum fuisset. Quae enim in statuto XIII. expresse indulgetur licentia, iam inesset facultati, partem ex bonis communibus sibi debitam, pro lubitu donationibus vel testamentifactione marito liberisque auferendi, nec speciali lege confirmanda erat. Viduae, in prorogata bonorum communione cum liberis viuenti, non repugnante iure statuario Bremensi, hanc facultatem tribui posse crediderim, licet caeteroquin huius societatis eadem esse iura, quae communionis bonorum durante matrimonio, dixerim. Statutum XIII. enim, vxori tres optimas vestitus partes legandi facultatem restituens, solum maritum nominat, immo in fauorem folius mariti conditum est (f); vnde concludi posse videtur, liberio rem esse, viduae liberos habentis, donandi testandique facultatem.

(f) Vid. C. a Rheden de restr. §. 13. et 15.  
disp. in primis testandi fac. vx. Brem.



72      CAPVT II. TESTAMENTIFACTIO IVRE

facultatem, quam vxoris durante matrimonio, et talem, quae licentiam, statuto XIII. durante matrimonio expresse concessam, comprehendat. Confirmatur id; interpretatione vsuali, qua proxime sequentem statuti sanctionem ad viduam extendi, supra allegaui; et exinde, quod morte mariti, bonorum communium administratio et oeconomica eorum dispositio in viduam transeat, et vna cum omnium bonorum vsufufru, quem vocant, iuris Germanici, tamdiu apud illam remaneat, donec vel eius morte, vel ex legis necessitate, vel ex voluntate partium, commune diuiditur patrimonium, et ita societas, inter viduam et liberos hucusque existens, assignata cuique parte virili, dissoluitur.

§. 5.

Dum soluitur societas, quae inter coniugem superstitem et liberos hucusque prorogata existebat, et cuique liberorum, pars ipsi ex bonis communibus debita, assignatur, siue hoc ex legis necessitate fiat in casu statuti VII. et VIII, siue ex sociorum voluntate, patens liberos *separare, van sich delen*, dicitur; negotio separationis peracto autem liberi *separati, exfortes*, vocantur. Si omnes et singuli liberi, ex matrimonio suscepti, ita partem bonorum ipsis debitam acceperunt, quae apud parentem remanent bona ad illum plenissimo proprietatis iure spectant, nec magis ex eius damno lucrosi liberi separati quid participant, quam detrimentum sentiunt, quod liberorum alteri in patrimonio accidit (g). Liberis nulla lege ius quae-

(g) Cf. *Lange* l. c. C. 8. §. 20.



quaesitum est haec bona mortuo parente acquirendi, cum nequidem ius in illa succedendi iis competat, nisi in subsidium (b); consequenter, nihil impedit parentis liberrimam de illis disponendi testandique facultatem; quod est argumentum statuti XI. *So wor ein unser Borger is ane Wif, edder ein Borgerische ane Mann, de öbre Kinder bebbet van sich gedelet edder beraden, de mogen wol mit oren Erve ofte gude dat en bliffi, don wat se willen.* Elocatio filiarum cum dote, quam hic specialiter indigitare videtur vox *beraden*, alias de filiis aequae ac filiabus vsurpari solita (i), separationi ipsarum comparatur; sed naturalis aequitas, quae filias, in successione ciuica, filiis deterioris conditionis esse non patitur, Krestingio assistit, in Glossa ad h. stat. affirmanti, congruam, et bonorum parti ex lege debitae aequalem, intelligendam esse dotem, quod vterius comprobandi mihi otium fecit B. a Rheden (k).

Testandi facultas, an sub liberrimo, quod indulget statutum, de bonis disponendi arbitrio comprehendatur, si dubium quoddam superest, id auferet sententia A. Senatus Bremensis MCCCCXCIII. die lunae post dom. Innocauit publicata (l); *Dat ein Vroewes-nahme*

(b) Cf. Dreyer 1. cit. pag. 101. Qui adhibita Romanorum terminologia hoc explicare student, ab eo momento, quo heretum citum est commune patrimonium, liberos separatos, *pro emancipatis, exhereditatis, imo pro mortuis* haberi, aiunt; Inter quos est B. C. a Rheden diss. cit. S. II. §. 30.; secutus Meuium ad I. Lub. L. II. T. 2. art. 33. n. 118. et 128.

(i) teste EXCELL. ORLRICHs in Glossar. pag. 18.

(k) in diss. cit. S. II. §. 11. seq. Cf. etiam de Wichr. *Offfr. L. R. L. I. C. 122.* pag. 257.

(l) Sententiam in causa *Mettken Ulenschutten testamentarien*, contra

K



*nahme de ninen mann en hadde, und nene unberadene Kinder hadde, desulke Frowe mochte wol setten, ein Testament.*

## §. 6.

Alios olim disponendi et testandi libertati iure patrio postios limites, hodie, eorum ratione cessante, demtos, indicasse sufficere. Refero illuc; omnibus fere iuribus statutariis Germaniæ communè palladium contra clericorum artes (*m*), *prohibitam bonorum immobilium in clericos alienationem*. Non solum statuto Brem. XI. hæc prohibitio adiecta est, sed eadem alienatio statuto XXX. nulliter fieri declaratur, et poena in transgressores statuitur. Hodie, cum verbi diuini ministri, in locum clericorum quodam modo surrogati, inter ciues connumerentur, et caeterorum ciuium iure aestimentur, cessante legis prohibitiuæ ratione, ipsa merito cessare intelligitur.

Firmissima erat, *rerum expeditoriarum et geradicarum*, ad successores lege definitos, *deuolutio* (*n*). Quoad res expeditorias abrogata, *Reformatione A. Senatus Bremensis MDXCII. d. XX. Septembris publice affixa* (*o*). Geradam autem quod attinet,

contra *Iohann Morff*, ex *Libro sententiarum*. A. SENATVS BREM. Fol. 68, beneuola opera EXCELLENTISSIMI CONSVLTVS SIML A HASVREZ, descriptam accepi.

(*m*) Vide *B. I. H. Boehmeri* ius parochiale S. V. C. I. §. 24. et *Koppii* diss. sæpius laudatam. §. 7. 8.

(*n*) Vide statuta *XXV. XXVIII.*

et Ordinationem: *Wo men beergeuede geuenschal to Bremen*; in *Puffendorffii O. I. V. Tom. II. App. Statut.* pag. 13r. Cf. etiam *B. C. a Rheden* diss. cit. S. II §. 56-60. (*o*) recusa in *Affertione Libertatis Reipublicæ Bremensis* pag. 763; infra quoque est glossæ *Kretzingianæ* ad Stat. *XXV.* pag. 314.



net, iam MDCXCIV. d. XX. Iulii A. Senatus Bremensis, praefecto in comitatu Hoyensi, requisitus rescripsit, nullum Geradae, olim vsitatae, per tempus immemoriale Bremae inueniri vsu; ita, vt hodie eius nec volam superesse nec vestigium, multa magis affirmandum sit.

Qualemcunque hancce iuris Bremensis, quod testamentifactionem concernit quatenus illa de bonis dispositio sit, enarrationem, breuissimis pro vixium mearum modulo expositam, magis ex meo, quo iuris patrii studium prosequor, affectu, quam ex ipsius pertractationis tenuitate, aestimet Beneuolus Lector, est quod in votis habeo; iam, ad delineandam formam testamenti iure Bremensi conditi externam, transiens.

### CAPVT III.

#### TESTAMENTIFACTIONIS BREMENSIS FORMA HODIERNA.

##### §. 1.

Postquam in ciuitate patria, auctorum morum et iuris statuarii auctoritati, iunctus est iuris peregrini vsus subsidiarius, compositae sunt vltimae voluntates, tam ad formam in iure peregrino praescriptam, quam ad illam, quae moribus introducta erat, et vtraque hodie vsitata est. Integrum enim est cuique adhibere formas in iure Romano delineatas, et coram septem testibus, apud acta, vel inter liberos absque solemnitatibus, su-

K 2

premium



premiu publicare elogium. Frequentior tamen est ritus, ex moribus auitis retentus, coram duobus Senatoribus supremæ voluntatis tabulas conficiendi. Pertractationem meam non ingredi, descriptionem rituum testandi ex iure peregrino defunctorum, facile quisque intelliget, qui hos ad *testamentifactionem Bremensem* proprie non pertinere perpenderit, illosque aliunde satis cognitos, et tot scriptis egregiis illustratos esse. Non magis autem ad finem pertinebit explicatio, quænam testamentorum iura in subsidium ex iure Romano diiudicanda sint. Hi potius disquisitionis meæ limites erunt, vt tota versetur, in enarrando ritu, vltimæ voluntatis tabulas Bremæ coram duobus Senatoribus conficiendi, prouti ex moribus auitis ad nostra tempora eius vsus peruenit. Iuris Bremensis codex perpauca de testamentorum iure ordinat; reliqua, ex notione testamenti, ex origine huius testandi ritus, præcipue vero ex fine, quem in eo adhibendo ante oculos habuerunt maiores, deducenda erunt atque probanda. Vnicum eius finem fuisse, dixi, vltimæ voluntatis sententiæ futuram probationem; et vt hæc charta instrui possêt, cui Senatorum testimoniis publica fides tributa erat, quæque eius characterem præ se ferebat Senatorum sigilla et subscriptiones. Probatum dedi, in hoc testandi ritu omnem abesse, tam solemnitatem, quam iudicalem Senatorum auctoritatem, et omnia directæ esse ad voluntatis certitudinem omnimodam; consequenter, si quæ in testamentifactione Romana ad voluntatis certitudinem vnice tendunt, ea, eorumque rationes, testamentifactioni Bremensi merito applicantur.



## §. 2.

Confectio tabularum testamenti peragitur, ex voluntate testatoris, praesentibus duobus Senatoribus, inter quos totum negotium celebrari potest, nec ut praeterea actui quis intersit requiritur. Ultimae voluntatis sententia, hodie in omni testamentifactione scripturae mandari solet, et ob labilem audientium memoriam, non facile quis mere nuncupativum conder testamentum, sed quodlibet vel *scriptum* erit, vel ad *nuncupativum in scripturam redacta* referendum. Olim frequentiora fuisse testamenta palam enuntiata et in scripturam redacta, exinde concludi potest, quod pauci testatores scripturam legere, pauciores adhuc scribere possent. Confirmatur autem testimonio Imp. Maximiliani I. in Recessu Imperii Coloniae MDXII. publicato (a), qui plus vice simplici de suo acuo testatur, testamenta scripta raro condi solere, frequentius esse testamentum nuncupativum. Hodie aequè usitatum est utrumque testamentorum genus, nec in forma differt, nisi quod, in scriptis oblatum a mentione testatoris ordiatur, nuncupatum in scripturam redactum, instar protocolli a Senatoribus confecti conscribatur, et a denominatione Senatorum initium faciat (aa). Libero itaque testatoris arbitrio relictum est, an in scriptis testamentum offerre velit, an herede in praesentia

Sena-

(a) qui vulgo allegari solet; Ordinatio Notariorum. Tit. I. §. 1. et 7. Cf. Kopp in diss. saepius citata. §. 12.

(aa) E. g. testamentum anni MD.

in Libro testam. in Cancell. Brem. N. I. ita incipit: *Wy Marten Balter und Hinrick Lüchtemaker Radtmannne to Bremen weren daran und aver, datt Iobann Drüppmann — openbare vor uns bekande etc.*



Senatorum palam nuncupato, ac caeteris testamenti contentis declaratis, et hoc sermone calamo excepto, testari placeat. Sin prius, conficiat, vel ab alio confici curet (b), scriptum cuncta voluntatis sententiae capita exacte exprimens, legibile. Sin posterius, sollicitus sit, cui id demandare velit muneris, vt ore prolatae ultimae voluntatis sententiam calamo excipiat, et in chartam coniciat.

## §. 3.

Si testator *in scriptis* condere vult testamentum, seu chartam, quae voluntatis sententiam exacte explicatam continet, Senatoribus offerre, eius praecipue intererit cauere, ne contra certitudinem voluntatis exceptio moueri possit, testatorem chartae contenta ignorasse, nec omnia et singula capita integre et ex eius voluntate conscripta esse. Haec opponi poterit, si non ipse tabulas testamenti conscripsit testator, sed alii demandauit illas conscribendi negotium, in testamento holographo autem plane exulat. Sollicitus itaque sit testator prouidens, vt 1) se ipsum conuincat, scripturam ipsius voluntati conuenienter esse conscriptam; 2) deinde chartam supremum iudicium enarrantem, characteribus distinguat, demonstrantibus, testatorem se ipsum certiore reddidisse, nullam ab interprete voluntatis commissam esse fraudem, nullum erroris humanum vitium contigisse. Finis prior nominatus id testatori iniungit officii, vt *vel*

(b) Nam etiam hic locum habet, quod quis per alium facit, per se fecisse censendus est; et V. Celeberr. I. Heumann. testimonium perhibet, se LL. Germaniae concordans inue-

nisse in eo, idem haberi, siue ipse tabulas scribat testator, siue scribendas curet; in Exerc. I. V. praec. Germ. Sp. VI. §. 2.

*relegat*



relegat tabulas testamenti conscriptas, vel earum contenta sibi praelegi faciat, ab homine cuius fides nulla suspicione laborat (c). Quod Senatoribus in scriptis clausum offertur testamentum, nisi specialis doli mali suspicio concurrat, iis praesentibus aperiri et praelegi non solet, praelectio enim merito facta esse, nec vllus testator tam supine negligens praesumitur, quod chartam, quam Senatoribus offerre vult, non accurate relegerit, vel ab homine non sublestaefidei sibi praelegi curauerit (d). Omnino necessariam censeo praelectionem, etiam iure Bremensi, praesentibus Senatoribus peragendam, si coecus vel analphabeticus, qui illi hic merito aequiparatur (e), seorsum conscriptas tabulas offerre vult, cum securius verbis ore prolatis supremum elogium condar, praesentibus Senatoribus in scripturam redigendum. Hoc casu enim nullo modo constare potest de veritate sinceritateque testamenti; nec ex scriptura ipsa, quia haec alterius tertii est, nec ex loquela testatoris, quippe quae in alius fide se fundat. Caueri itaque non poterit suppositio alius instrumenti a testatore nunquam probati, nisi contentis chartae obtae palam recitatis (f); vnde

(c) In testamentis ex forma iuris Romani condendis, idem commendat, I. Brunnemann ad l. 21. C. qui testam. fac. et M. D. Grollmann in diss. de necessaria vltim. volunt. praelectione. c. 2. §. 12. seq.

(d) Cf. Meuius ad Ius Lub. L. II. Tit. I. art. 2. n. 148. seq. et Giesebertus l. c. ad artic. XXVI. no. 224-230. Dissensum statutorum Germ. in iubenda remittendaue praelectione testamenti, exhibet Heumann.

l. c. Spec. VII. §. 9. 10.

(e) Vid. B. I. H. Boehmer de testamento non praelecto. §. 20. Exercit. ad D. Tom. IV.

(f) Vid. I. G. Krause diss. de testam. controu. potiss. publico. §. 25. et cf. I. Claproth V. C. prim. lin. iurisprud. extraiud. §. 110. not b) et Heumann. l. c. Spec. VI. §. 8; n. 3. Praelectionem non solum notario, vel alii voluntarius interpres committi posse, sed a testibus simul inspicien-



vnde tale testamentum, semper nuncupatiui in scripturam redacti speciem induere affirmant (g). Caeterum vero, a coeco vel idiota coram Senatoribus testamentum condente, nihil obseruari debet, nisi quod regulariter ab omnibus seruatur (h).

## §. 4.

Si verò testator se ipsum conuictum reddidit, tabulas secundum eius voluntatem esse conscripfas, sollicitus sit, iis tales pertribuere characteres, ex quibus luculenter quisque primo intuitu sibi persuadere possit, testatorem sciuisse quaenam contenta sint tabularum, quas hoc nomine offert, iis veram inesse, de eo quod post mortem fieri velit, voluntatis sententiam. In hunc finem praecipue inseruiet, si testator propria manu nomen tabulis subscribat, et si quod habet, sigillum apponat. Constante consuetudine id Bremae introductum esse, quod testamento non-holographo accedere debeat testatoris subscriptio, affirmare non audeo, cum plura reperiantur testamenta antiquiora, quibus testator vel testatrix nomen non subscripsit (i); atamen nec negabit quisquam, subscriptionem testatoris ad demonstrandam voluntatis certitudinem, corroborandamque praesumptionem, charam ab ipso esse relectam, plurimum conferre, adeo-

ciendas esse tabulas, dum praelegitur earum tenor, cautiore DD. volunt; vid. Boehmer. l. cit. et Brunemann. ad l. 8. C. qui testam. fac.

(g) Vid. D. Nettelbladt diff. de testam. nuncup. in script. redacto. §. 11. A. Leyfer. Spec. CCCLIII, mediet. 7.

(h) Cf. D. Meuius ad l. Lub. l. II. Tit. 1. art. 1. n. 22. et V. Celebr. Orths Anmerk. über d. Frankf. Reformation. P. IV, T. 1. §. 7.

(i) In Libro testam. in Cancellaria Bremensi MD. coepto. N. III. IV. V. X. XI. etc.



adeoque, licet omiffa testamentum non vitiet, vtiliter addi poffe. Qualem haec fubfcriptio in testamentis condendis ufum praefter, probe agnitum eft ab Imp. Theodofio et Valentiniano, in Nouella Conftitutione IX. de Testamentis, contenta ex parte in l. 21. C. de testamentis; cuius verba, verfu *dum tamen teftibus* etc. in Germanicam linguam translata, fua fecit Maximilianus I, Imp. in Receffu Imp. Coloniae MDXII. promulgato (*k*). Quae autem pro fubfcriptione tabularum militant rationes, eadem etiam fuadent, vt teftator figillum adiiciat, fi tale habet, ita tamen vt fine omni vitio haec cautela negligi poffit (*l*). Alio modo nunquam nomen et figillum teftatoris teftamento additur, fi illud inuolucro tectum et circumdatum a teftatore figillo obfignatur, et eius manu propria dorfo infcribitur; *Hierinn ift mein letzter Wille N. N.* (*m*). Permiifum effe, ita inuolurum claufumque teftamentum Senatoribus offerre, in dubium non venit, praxi quotidianae confentaneum; attamen non teftatoris folum, fed et Senatorum ceris obfignari et occludi debere teftamenti inuolucrum, ne, fi id folum teftatoris figillo fieret, eo adulterato, tabulae teftamenti extrahi aliaeque fubiici poffent, omnibus modis promouenda voluntatis certitudo iubet.

## §. 5.

(*k*) feu in Conftitutione de Notariis. Tit. I. §. 7. Verfu; *decb alfo, dafs er etc.*

Heumann. l. c. Spec. VI. §. 3. 4.

(*m*) Cf. S. Stryk. de cautelis teftamentorum. C. XV. §. 5. et I. Claproth, *V. C. Jurispr.* extraiud.

(*l*) nifi vbi lege iniuncta eft; cf. §. 110.

L



## §. 5.

Ad formam testamenti iure Bremensi conditi in specie pertinet, *legatum*, ex legis necessitate, in quouis testamento, *ad moenia urbis et viam publicam* scribendum, vel non scriptum ab herede exsoluendum atque praestandum. Antequam lege Bremensi, politicae urbis normam scribente, (quae vulgo *de kundige Rulle* appellatur, et prima vice MCCCCLXXXIX. auctoritate A. Senatus Bremensis conscripta est (n);) vt haec legata cuius testamento Bremae condito inferebantur stabilitum fuit, idem iam in vltimis voluntatibus obseruari consuevit (o). Occasio moris esse videtur, quod in genere vltimarum voluntatum fuit, bonis operibus inclarescendi studium, cum a cordatoribus ad haec etiam referrentur, legata ad exstruenda opera publica, et exstructa facta testaque seruanda, heredibus iniuncta. Quod autem moribus introductum erat, testatoribus officii instar lege forsitan praescriptum est, quo in salutem publicam quodam modo deflecteretur, quae omnes inuaserat et coërceri plane nequibat, cum testamento decedendi cupiditas. Lex Bremensis laudata de hoc legato necessario articulo XVIII. (p), ita loquitur: *Item nemande unser Borger Borgerische edder Inwanere, scholten na disseme dage Testamente setten, de na orem dode schollen bundich wesen, und macht hebben, idt en sy den, dat unser Stadt*

(n) Vide *die Histor. Abb. v. d. Gesetzen d. f. R. Stadt Bremen*; cap. 7. §. 23. in L. B. de Nettelbla Greinir. etc. P. II. N. V.

(o) vti videre est in testamento MCCCCV. condito; in app. docum. I. D.

(p) ex edit. Puffendorffii Obs. I. V. Tom. II. Append. pag. 107.



*Stadt Mure und de buckelride darinne begavet sy, we dat aver vorsumede, den scholden desjennen Testamentarien eine mark to obrer Stadt Muren und ein mark thor buckelride geven.* Prio-  
ra legis verba id velle videntur, testamentum omni valore destitu-  
tum fore, si haec legata necessaria in illo conficiendo neglecta fue-  
rint; sed quae mox insequitur dispositio docet, sanari posse testa-  
menti vitium, dum ab heredibus, vel ultimae voluntatis executori-  
bus, et ad moenia urbis, et ad viam publicam, vna marca Bremen-  
sis persolvitur. Praxis hodierna normae, hac lege scriptae, omnino  
contentanea est, nisi quod quantitas, ab herede vel testamenti exe-  
cutoribus, ad supplendam testatoris negligentiam, soluenda, in recen-  
tioribus huius ordinationis politiam urbis dirigentis editionibus, auc-  
ta sit ad quinque marcas Bremenses. Quantitas autem legati nomi-  
ne a testatore scribenda, lege non definita est, sed ex testatorum  
arbitrio, pro facultatibus eorum et liberalitate determinari potest,  
et diversimode determinata inuenitur, nec variusque legati quantitas  
semper aequalis est (g).

§. 6.

(g) Varia Germaniae iura, lega-  
tum necessarium ad pias causas, o-  
pera publica, vel in publicum com-  
modum, testatoribus iniungentia, e-  
narrant H. Gieseberus in peric. II.  
stat. harm. pract. Art. XXVII. N.  
127. et Heineccius Sylloge Opusc.  
Ex. XXVI. §. 28. et in Elem. I. G.  
II. §. 190. Praxis iuris Lubecensis  
idem concedit, quod ius Bremen-  
se, legatum neglectum ab heredibus prae-  
stari; ex Decreto Senatus Lubecen-

sis anni MDLXXXVII; vid. Steu-  
ernagel memorabilia statutor. Lubec.  
et Hamb. ax. XXVI. Insanabili vi-  
tium laborat testamentum ex statuto  
munic. Zittauensi, et secundum pra-  
xin iuris Francofurtani ex saeuero-  
re DD. sententia; vid. *Orbis Ann.  
über die Frankf. Reform.* Tom. III.  
pag. 229. seq. Ius Hamburgense e-  
mendari iubet vitium ab heredibus  
poena quinquaginta thalerorum, in-  
terpretem ultimae voluntatis negli-  
gentem

L 2



## §. 6.

Licet a solemnitate iure Romano testamentifactioni tributa, quam longissime recedant, quae iure Bremensi conduntur testamenta, atamen si haec in sensu stricto testamentorum nomine insignire volumus, negligi nullo modo poterit, quodcumque ex ipsa testamenti notione desluit, et ad eius essentiam ita pertinet, ut illo dempto, testamentum in hoc significato, cogitari nequeat. Quam itaque ius Romanum huic negotio ipsi proprio dedit essentiam, cum ens sine essentia nullum sit, et non entis nullae sint affectiones, illam sine nullitatis vitio, in testamento iure Bremensi condito, omittere non possumus. Externam formam peregrini instituti inmutare integrum erat maioribus, et reiecta solemnitate solam ultimae voluntatis legitimam probationem attendere, cum, quae ita transformabantur, ad essentiam negotii non pertinerent; condonandum etiam maioribus, si, nescientes directi heredis institutionem essentialem testamenti characterem esse, illam omitterent, ultimam voluntatem tamen testamentum appellarent. Hodie vero, postquam plenior iuris Romani cognitio ad nostras oras peruenit, directi heredis institutio, quam essentialem testamentis esse scimus, quomodo in testamento, stricte sic dicto, omitti poterit? Nec obiectionem metuo, iuri Romano moribus Germanorum esse derogatum; mos enim iste non constans fuit, et ex ignorantia verorum principiorum, quibus nititur testa-

mentem poena arbitraria coërcet, et ad damni refarcitionem heredibus deuinctum statuit; vid. *Saml. d. Hamb. Ges. u. Verf. IV. Tb. 2. A. §. 128.* Non in testamentis solum, sed et in omnibus contractibus, Brunsvigae simile quid obseruandum esse, testis est *Leyser. Spec. LXXIX. m. 3.*



mentifacio, introductus, consequenter corruptela potius dicendus est, quam quod ipsum consuetudinis iure aestimare possimus, cognita doctrina veriore iuris Romani, quod omnis testamentifactionis fons est, quamvis non immediate ex eius cognitione hanc acceptam tulimus.

Vir magni nominis I. G. Heineccius (r), ex moribus et iuribus statutariis Germaniae, heredis institutionem in testamento non necessariam esse, defendit. Sed iura statutaria non allegavit, nisi Hamburgense, cuius verba (s), cum Reformatione Norica (t) verborum convenientia, *sollen doch die Geschäfte und Ordnungen, darinn kein Erbe benennet wird, für kräftig gehalten und vollstreckt werden*; si quid videre valeo, nihil aliud indulgent, quam quod etiam ius Romanum permittit; 1) ut clausulae codicillaris, testamentum codicillorum ab intestato speciem induere et ita sustineri posse, licet in eo omisa sit heredis directi institutio; 2) codicillos ad heredem ab intestato scriptos valore suo non destitui. Nec iure Hamburgensi magis quam iure Bremensi, *in testamento*, quod quatale valere, et in sensu proprio sic dici vult testator, *heredis directi institutio negligi poterit*. Ius Lubecense, cui ob aetatem et diffusum per varias provincias Germaniae usum, in determinandis Germanorum moribus, non minima tribuenda est auctoritas, verbis eius

in-

(r) Sylloge Opusc. Ex. XXVI. §. 84. S. Stryk in V. M. ad T. de hered. instit. §. 6. et I. G. *Essor bürgerl. Rechtsigel*. P. II. §. 2905.  
 (s) P. III. Tit. 1. art. 22.  
 (t) P. III. Tit. 29. §. 9.



Inspectis (*u*), meae afflitit sententiae, vero eius sensu inuestigato, neutri. Quae enim de heredis institutione in quolibet testamento necessaria sancit, ex iure Romano addita esse, iam vidit Heineccius (*v*); illa MDLXXXII. in nouissima iuris Lubecenſis reuisione inserta esse, probatum dedit G. H. Lamprecht (*x*), qui simul erudite docuit, ibi *heredis* nomine, agnatum, proximum ab intestato in bonis acquisitis successurum, venire; *institutionis* denominatione autem, legatum necessarium huic relinquendum indigitari.

## §. 7.

Si de his, quae hucusque delineauim, in conscribendis testamenti tabulis curam habuit testator, illaeque ita legitime confectae, nec heredis institutio, nec legata ad moenia urbis et viam publicam scribenda, neglecta sunt, necesse erit chartae eam parare fidem, vt ad plenam voluntatis probationem sufficiat. Sola testatoris voluntate vis probandi chartae tribui nequit, sed ad hunc effectum requiritur, vt testamenti confectio praesentibus duobus Senatoribus absoluat. Restat igitur et testatoris curae demandatum est, roget, vel conuocari faciat duos Senatores, vt tyriarum sigillorum maiorum, quae senatoria vocantur, muniti, interesse velint testamentifactioni. Duos adhiberi Senatores testamentis aliisque negotiis, hodie constantis praxeos est (*y*), olim frequenter tres pluresue Senatores tabulas ob-

signa-

(*u*) L. II. Tit. I. art. 12.

(*v*) loc. cit.

(*x*) in diff. de forma heredis institutionis ex I. G. praesertim Lubeceni. §. 13.

(*y*) Quam varius sit iste Senatorum numerus in Germania, docet; Heumann. l. cit. Spec. VII. §. 5; ad-  
dere liceat, duos Senatores requiri,  
ex



obfignarunt, et hodie quoque plures adhibere licebit. Ad testatoris curam pertinet Senatorum rogatio, quia nulla iure Bremensi, a Senatu, vel ex eius auctoritate, Senatorum delegatio fit (z), sed liberrimo cuiuscunque arbitrio relictum est, quos, ex vniuerso Senatorum numero, precibus accedere velit, vt tabularum signandarum causa ad ipsum venire haud dedignentur. Exinde etiam nemo dubitabit, Senatoribus rogatis liberam competere facultatem, vel recipiendi vel recusandi munus testium vltimae voluntatis. Haec specialis Senatorum rogatio, necessaria esse videtur, quo typariis sigillorum maiorum instructi venire possint, et illos sponte non inuitos testamentifactioni interfuisse, ac quid negotii agatur sciuisse, appareat. Caeterum vero, in testamentis iure Bremensi conditis, nec ex iuris Romani, in Constitutione Maximiliana repetiti, praescripto obseruatur, nec omiffa testamentum vitiat, praesertim cum merito facta esse praesumatur, licet protocollum, super oblationem tabularum testamenti dorso inscriptum, eius mentionem non faciat (a).

## §. 8.

Si Senatores rogationi testatoris annuunt et testamentifactioni adsunt, quanam ad illam legitime absolvendam requirantur, quae-  
ue

ex statuto Gorlicensi, teste F. G. Zoller in diss. de ritu testandi ex statuto Gorl. §. 7. 8; Vi ordinationis politiae Rostochiensis, Reformationis Noricae, et statutorum Zellen-  
sum.

(z) Priuatam rogationem testato-

ribus indulgent, alia quaedam Germaniae iura, quae allegata vide apud Heumann. l. cit. §. 4.

(a) Cf. I. G. Mencken diss. de testamento iudiciali extra locum iudicii condito. §. 33.



ue a Senatoribus attendi soleant, pauca enarrabo. De qua in testamentis condendis nullo modo nimitum solliciti esse possumus, voluntatis exploratissima veritas, suadet, *Senatores testatorem non solum audiant, sed et videant, immo eius personam aliunde, vel per se vel per alios, cognitam habeant, vel alio modo conuicti sint, non suppositam esse testatoris personam, nihilque fraudis committi; et quidem non attento discrimine, siue testator palam nuncupet heredem caeteraque testamenti contenta, siue seorsum conscriptas testamenti tabulas offerat. Quod primum attinet, testator sit in conspectu Senatorum. Quo modo, hoc non seruato, fraudes in testamentifactione possibiles euitari possint, non video. Quid enim facilius est, quam testatorem personatum falsas supponere tabulas (b), si Senatores, aulaco quodam intermedio vel pariete, a testatore seiuncti sunt? Id quod et iure Romano agnitum est, et Impp. Diocletianum et Maximianum permouit, vt nullo iure validum declarent testamentum, si testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sint, in l. 9. C. de testamentis; et cum euitandis fraudibus inseruiat, ad subtiles iuris Romani solemnitates a nemine relatum iri confido. Hae fraudes autem, si vnquam in negotio certe in testamentifactione metuendae, caueri non poterunt, nisi et vultum testatoris eiusque personam cognitam habeant Senatores, vel per se vel per alios, vel aliunde certi sint, omnia ex fide bona peragi, nec suppositam esse testatoris personam; quid enim interest, an plane non*

(b) Cf. Leyser. Sp. CCCLXXV. m. 23.



deant testatorem Senatores, an videant quidem, sed num verus testator sit, vel aliam eius personam simulans, diiudicare nequeant, quia testatoris personam cognitam non habent (c).

In omni testatore mentis sanitatem, et voluntatis plenam libertatem requiri, ipsa negotii natura docet. Prior merito praesumitur, etiam si corpore laboret testator et huius debilitate qualitercunque affici solear animus, quam praesumptionem confirmat Iustinianus Imp. in l. 24. C. de heredibus instituendis (d). Liberas voluntatis autem disquisitione digna erit, si minima in contrarium concurret suspicio, quo magis ab hac omnis ultimae voluntatis vis ac efficacia pender, et testator voluisse dici nequit, quam vi metuque adductus, vel ad suggestionem aliorum, declaravit sententiam (e).

## §. 9.

Porro Senatores solliciti esse solent, ut a testatore, tabulas seorsum conscriptas offerente, exploratum accipiant, an ipse illas scripserit, an ab homine non sublestae fidei conscribi curauerit, et si hoc, ex quibus indiciis colligat certusque sit, scriptum quod offert vere et sincere eius voluntati conuenienter esse confectum, et omni fraude omnique suppositione exulante, exactam voluntatis sententiae interpretationem comprehendere. Sin palam declarata est ultima volun-

(c) Cf. Claproth. loc. cit. §. 108. not. c).

(d) Cf. S. Stryk. de caut. testam. C. 3.

(e) Quaedam LL. Germaniae, testatorem expresse interrogari volunt; an voluntatem suam libere declaret? Vid. Cel. Heumann. l. cit. Spec. IV. c. 4. §. 15.



luntas, praesentibus Senatoribus in scripturam redacta, praelectio instituta erit, quo constet, omnia voluntati testatoris conuenienter, uti nuncupata, ita in scriptura enarrata esse. Tabulae testamenti ita praeparatae, et cum declaratione, iis veram inesse sententiam de eo quod testator post mortem suam fieri velit, Senatoribus oblatae, ab his recipiuntur, quo testamenti rite conditi auctoritatem et fidem accipiant, eorum testimonio, huiusque caractere sigillis et subscriptionibus, confirmantur. Proceditur in hunc finem, ad confectio- nem protocolli oblati receptique testamenti, quod dorso eius inscribitur. Incipit a denominatione amborum Senatorum, et vtrius- que nomine testatur, ipsos testamenti consiciendi causa ad testatorem esse vocatos, ab eo, sana mente praedito, rogatos, velint testi- monium perhibere, haec tabulas ipsis oblatas esse a testatore, decla- rante, iis veram inesse de eo quod post mortem suam fieri velit volun- tatis sententiam, et interpositi testimonii documentum, subscriptione nominum et obsignatione sigillis senatoriis facta, tabulis tribuere. Per- git in narratione, ipsos precibus testatoris annuisse, et cum liberta- tem voluntatis eiusque certitudinem sufficienter contestatus esset te- stator, tabulas testamenti recepisse, actus rite et sincere celebrati testi- monium et documentum dare, nominum subscriptionibus manu propria additis, adiacentisque sigillis senatoriis. Denique dies et consul adscribitur.

## §. 10.

Absoluto protocollo subscriptio Senatorum et obsignatio institu- itur, quarum haec antecedit, subsequitur illa. Immediate sub pro-



to collo, in dorso testamenti, filis, quibus perforatur et clauditur, ab utraque parte subiectis, imponuntur sigilla, vel cerae rubrae imprimenda, vel farinacea, vel malthina, eiusdem coloris; semper ramem papyrus typaris suppositus insignia exprimit. Sigillorum quantitas illa floreni hodie fere aequalis esse solet, olim minor fuit. Subscriptio, praeter integra Senatorum nomina, et doctorales honores, quibus unus alterue forsitan condecoratus est, nihil continet, et propria cuiusque manu, ad evitandam omnem sigillorum adulterationem, ita fit, ut superior literarum pars peraretur seque repraesentet in papyro, quo sigilla recta sunt, quodque insignia cerae impressa exprimit, inferior literarum pars in dorso testamenti sic perarata. Hoc observato efficitur, ut, nisi sigilla, prouti semel imposita sunt, ita accurate tabulis testamenti coniuncta maneant, nomina Senatorum utriusque, papyro sigillis imposito et dorso testamenti, ex dimidia parte inscripta, non sine difficultate legi possint, et ita confestim in oculos incurrat, quaevis sigillis illata vis, vel fraus in iis adulterandis commissa. Olim solis sigillis Senatorum testamenta confirmabantur, nec subscriptio accedebat, et sigilla non dorso testamenti, sed ultimae eius paginae, immediate sub absoluto testamenti contextu imponebantur; obsignatio testamenti hodie usitata autem adcelandum ultimae voluntatis argumentum aptior est (f).

Ita

(f) Romanos eodem modo testamentum obsignasse, ut sigilla filo tabulis circumducto imposita essent, et iis illaesis, filo rupto, tabulae testamenti aperiri et inspicere possent, ex l.

7. D. Quemadm. testam. aper. apparet. Cf. C. U. Grufen. Obs. II. De forma testam. iud. et priv. in scriptis. §. 6.

M 2



Ita omnia, quae ad confectionem testamenti pertinent, delineasse spero. Testamenti coram Senatoribus confecti depositio in loco publico, quam quaedam iura statutaria Germaniae iubent (g), nunquam Bremae usitata fuit. Testator potius obsignatas perfectasque a Senatoribus tabulas, vel ipse asseruat, vel cuiunque velit custodiendas tradit.

## §. II.

Delineata testamentifactionis Bremensis forma, modum quo publicantur testamenta explicare animus erat. Varia iure Bremensi de publicatione vltimarum voluntatum sancita sunt; in articulis XVII. et XVIII. *der kundigen Rolle* (h); in ordinatione **AMPLISSIMI SENATVS BREMENSIS** anni MDI. quae libri testamentorum in Cancellaria Bremensi, eo anno coepti, initium facit, quamque opera **EXCELENTISSIMI CONSULTISSIMI AHASVERI** descriptam teneo, et in appendice documentorum *sub l. F.* aditicio; in concluso **AMPLISSIMI SENATVS BREMENSIS** MDCCXXIX. d. XXX. Maii publicato, quod itidem in appendice documentorum *sub l. G.* addere possam, eiusdem **SVMMI FAVORIS** indulgente fauore mecum communicatum. Sed quae hae leges de publicatione testamentorum statuunt, non solum per se plana et perspicua sunt, sed et ex ipsius actus natura et fine desuunt. Quare, ne in libri molem crescat dissertatiuncula, ab hac pertractatione mihi abstineo, et verbo tantum indicium facio eorum, quae in citatis constitutionibus continentur.

Simul ac de morte testatoris constat, ad instantiam cuiusque, interesse allegantis, vel iuramento calumniae probantis, a Consule *sces*

(g) Vid. Heumann. l. cit. Sp. IV. c. 4. §. 20.

(h) Vide Puffendorffii Obs. I. V. T. II. App. iur. statut. p. 107.



feces regiminis in ciuitate tenente, cognita obfignationis integritate, filo rupto, sigillis illaesis relictis, aperiuntur testamenti tabulae. Declarat Consul quis heres scriptus fit, caeteraque testatoris placita in continenti scitu necessaria, apertas tabulas autem asseruat, vsque dum in iudicio solemnisi testamenti publicatio fiat; cui, si forsan haec apertura testamenti neglecta est, oblati Consuli tabulis testamenti petendae, quatuor septimanarum terminus praefixus est, *art. XVIII. d. k. R.* aucta poenae quantitate iterum iniunctus *concluso A. Senatus Bremensis* citato, sola testamenta parentum inter liberos excipiente. Publicationem testamenti perendi officium est, *ex cit. articulo testamentariorum.* Veniunt hoc nomine plerumque vltimarum voluntatum executores in testamento constituti, e. g. in articulo proxime antecedente. Hic autem senatores, qui tabulas testamenti obfignarunt, hac denominatione indigitari (*i*) .vox *betuigen* indicat, officio executorum testamenti plane non conueniens, optime vero iis, quae ad Senatorum munus in publicatione testamenti spectant; vnde concludi posse videtur, curam publicationis, solutionem legatorum ad pias causas, aliaque ad executorum officium pertinentia, olim ad Senatorum munus esse relata. Sed iam ordinatio cit. anni MDI. de testamentariis a testatore denominatis loquitur, *testamentariisse dar so gesetb unde gekoren.* Hodie vero, si executores vltimae voluntatis designati non sunt, heredi iniungit, vt de publicatione testamenti sollicitus sit, laudatum *conclusum A. Senatus Bremensis*; scilicet, quantum intellige, heredi scripto, si is cognitus est, vel heredi ab intestato, si nondum apertae sunt tabulae.

Publi-

(*i*) Cf. Ius Lubecense L. II. Tit. De prudentia legislatoria iur. Lub. in I. art. II. et B. I. H. Boehmer in diss. mater. success. testamentar. C. 2. §. M 3 9.



## 94. CAPVT III. TESTAMENTIFACTIONIS

Publicatio testamenti fit in Senatu ad iudicium superius habendum congregato, ex praescripto *der Gerichts-Ordnung der R. Stadt Bremen*. P. I. Tit. I. §. 2. lit. o); extraordinem in Senatu ob quamlibet causam conueniente. Tenor testamenti, et adiunctorum forsitan codicillorum, voce Secretarii recitatur, monitis de hoc actu celebrando vltimae voluntatis executoribus, heredibus, legatariis, caeterisque quorum interesse potest, vt adfinit.

Quae coram duobus Senatoribus conditae sunt testamenti tabulae, instrumenti publici fidem habent, et per se ad plenam vltimae voluntatis probationem sufficiunt; falsi suspicionem autem excludunt, sigilla et subscriptiones, interpositi testimonii Senatorum characteres, qui violentam producant praesumptionem rite et ex fide bona confectas esse supremae voluntatis tabulas. Proprio suffultum robore itaque vigore suo non destituitur testamentum, Senatoribus qui illud obsignabant demortuis; quod maiores credidisse videntur, testamenta rite condita, in diplomata sigillo ciuitatis munita, auctoritate Senatus transfumi facientes. Nec necesse erit, vt Senatorum testimonium *iuratum* audiatur, quod olim vsitatum, et solum, si Senatores, quorum sigilla prae se ferebat testamentum, in Senatu essent (*im sitzenden Rathe*), vi iuramenti senatorii specialis illud perhibere licitum erat. Hodie persuasi sumus, sufficere ad obtinendos publicationis fines, (vt rite conditi testamenti quis tenor sit constet, isque ex actis iudicii, quibus inferitur, semper exacte probari

g. seq. et Cel. *Orths Ann. über d. §. 1. pag. 406.*  
*Frankf. Reform.* ad P. IV. T. XL



possit;) si, quoad veritatem sinceritatemque testamenti, Senatores qui tabulas obfignarunt, in Senatu praesentes sigilla et nominis subscriptionem agnoscunt, seque iis consiciendis interfuisse testantur; quorum testimonium non iuratum fidem meretur, ob iuramentum senatorium generale, quo civitati obstricti sunt. In subsidium vero, altero Senatorum demortuo, vnius elogio plena fides habetur (*k*), vel si vtrique Senatores non in vita superflites, vel absentes sunt, singuli Senatores in Senatu congregati, an adulterationis sigillorum fraudisue concurrat suspicio, cognoscunt.

Testamentum rite publicatum in Senatu, ad cancellariam deferitur, ibique libro testamentorum, saepius a me allegato, inscribitur, quoad integrum argumentum; vi *art. XVIII. d. Kund. Rulle et ordinationis MDI. promulgatae*, quo vivat perpetuis seculis decedentium voluntas, transeant in posteros iudicia parentum, scriniis seruetur omnium quies (*l*). Authenticum testamenti autem heredi scripto custodiendum redditur.

Supereff vt ad effectum deducatur supremæ voluntatis sententia, cuius rei cura, vel ad executores in hunc finem designatos, vel ad heredem scriptum respicit. A munere executorum vltimæ voluntatis arcentur iure Bremensi clerici, et omnes in  
nexu

(*k*) Cf. *Oriths Ann.* P. IV. Tit. §. 23. Opusc. Vol. II, T. III. edit. I. §. 11. pag. 272. Ius Lubec. L. I. Hombergk.  
T. I. art. 3. et L. II. T. I. art. 2. et Mevius in Comm. ad h. loca. I. N.  
Herius in diff. De apertura testam. (*l*) Cf. l. 1. pr. et l. 2. pr. D. quemadm. testam. aper. inspici.



96 CAPVT III. TESTAMENTIF. BREMENS. FORMA HOD.

nexu feudali constituti, *art. XVII. der Kund. Rulle*; omnes non  
cives vero, teste *documento de forma testamentorum &c. Spirae  
MDLXXI. productio, App. docum. lit. E.* Cuicumque de-  
mum testamenti exequendi officium incumbit, ut executionem in-  
tra annum a morte testatoris computatum absoluat, *ordinatio cit.  
anni MDI.* iniungit; et nisi absoluta fuerit, **AMPLISSIMVS SENATVS  
BREMENSIS** promisit se executionis curam suscepturum habiturum-  
que, quo obtineatur finis conditae supremae voluntatis.

Spero atque confido, Beneuolum Lectorem in diiudicanda  
hac qualicunque scriptiuncula memorem fore, illam primos co-  
natus meos iuri patrio dicatos continere, et ad valedicendum stu-  
diis academicis esse conscriptam; et nullus dubito, quin hoc  
respectu, quae minus recte dicta ignoscat, et institutum meum  
aequi bonique consular.

APPEN-



APPENDIX DOCUMENTORVM.

A.

*Scheidebuch. Fol. 68. col. 2.*

Anno CCCC veer unde negentich des Sonnavendes vor Sunte Ma-  
rien Magdalenen dage quemen vor den Radt to claghe und antworde Hin-  
rich Blome up eynen Eler Kyndt unde Hinrick Swanke testamentariessen  
seligen Greteken blomen anders geheten de Symonfche finer moder up  
ander siden, so dar Hinrick Blome vormiddelst wilken pluupe den Vraun  
finen vorspracken leth anclaghen de beiden Eler und Hinricke also Testa-  
mentariesse finer moder umme ere nalaten gudere, de eme mit rechte  
angestorven und angehevet weren, wente he were ere echte sone, unde  
nicht van den guderen affgedelet, So he dat betruget mit rechte, unde  
was begeren dat de Radt den beiden Testamentariessen wolde beden, se  
eme fodann gudt finer seligen moder myt leve sunder besperinge wolden  
volgen lathen, dar de Testamentariesse wedder to antworten und seden,  
dat Greteke symons hadde geseth *eyn Testament vorsegelt mit twen Swor-  
men* dar do sulves vor deme Raede gelesen waert, unde hopenen dat men  
fodann testament na begerte der Vrowen na finen Inholde scholde vorful-  
len, und setteden dar by den Radt int recht mit eden to holden synen  
andel und unaffgedeylt, darup de Raed sich beradde unde na berade se-  
den vor recht, Na deme Hinrick Blome mit finer seligen moder in un-  
vordelden gude gewest hadde, scholde men uth den sammeden guderen  
thovoren de schulde betalen, *unde he scholde de twe dale des gudes*, also  
finen deel, unde fines seligen broders deel to sich nemen, *Unde de Testa-  
mentariessen scholden den derten deel des gudes* also finer seligen mo-  
der *des se weldich were unde mechtig to vorgevende* to trawer hand des  
Kindes in dem testamente benomet upboren und enfanghen, Storve ock  
dat Kyndt, er icht to finen yaren queme, ofte beraden wurde, den schol-  
den se der Vrowen deel gudes keren unde gheven in godes ere na lude  
des testamentes, wore one, duchte Idt nuttest unde bast besteden sin  
mochte.

B.

*Scheidebuch. Fol. 54. col. 1.*

Deszulven Iares und dages (MCCCCXXXII. des dingsdages na Sy-  
monis et Iudae Apostol.) quam Hille van der Heyde mit den Vogeler erer su-  
ffermann vor dem Rade to clage un antworde von besperre wegen eres Hufes  
unde buden *myt enen swornen bres* so dar aleken dersulven Hillen mo-  
der mit mauriciesz wubbenhorste erem Vormunde hebbe gegeben alle  
er guder na lude des schwornenbrefe. Dar de vogheler vormiddelst An-  
N de



de stroygeber infeggen leeth, syn husfrowe wer so wol Hillen van des Heyden dochter, als de genante Hille. War to de Rad vragede, wer se ock wat in den bref to seggende hadde. Dor stroygeber to antworde neen. *Vor do de Rad den schworren hi es schede by macht.* Unde se schollen Hillen socan flus und bude rimen.

C.

Scheidb. Fol. 102.

Anno dni XV c. XXIII. des Sonnavendes vor Nativitatis Scti Iohannis babstte wren to clage unde anthworde vor deme Erlamen Rade Grecke Zeligen bereit bockemans nagelatene weduwe aff ene unde Alecke Zeligen Eggert Meygers des goldmedes nagelatene weduwe aff ander sside, szo dat vorgeante Grecke bockemans dorch Iohanne Norden oren vorspracken becklagde de vorgerorde Alecken meyers und oren szone Iohan Doven dat zelige Eggert meyer by vernunft siner synnen und redelicheidt, hedde maken lathen eyn Testament und lesten willen, to welkeren testaments execution und nachkominge desulve bokemanfche verhindert wurde dorch de vorgerorden Alecken meyers zeligen Eggert meyers nagelatene huesfrouwen, mit deenftlicker bede, dat de Erlame Radt desulven Alecken meyers und Iohanne Doven oren szone dar tho wolde hebben dat sze de gudere lethen Volgen unde enrichtinge deden na Inholde desulven testaments, offte myt rechte dar over scheden etc.

Hyr entiegen lethen de ergenante Alecke meyers und Iohan Dove or szone dorch oren Vorspraken Iohanne van borcken in anthworde, dat szodann Eggert meyers testamente, ores huesheren, dat he scholde gemakedt hebben. *ledoch buten oren madewethen, were to rechte unbestendich, wente dat sulve testament were nicht betügedt myt twen swarben na lude unses Stadtbockes.* Ock hadde zelige Eggert meyer dat testament sulvest nicht gescreven so he doch sulvest wol scriven kunde, und wuste ock nicht wol id gescreven hedde. Item zelige Eggert meyer hadde to nenen tiden wes besegelt edder eyn Segell gebadt, wowl he duth testament nu folde besegelt hebben des men doch nicht konde to rechte inbringen. Item dat Segell were befunden in grecken bockemans huse, in eynen Koffer verdeckt, dat men sander stotel kunde up don, dat ok szo b. tüget were, dorch twe swarne, von deme Erlamen Radt dar to geschicket. *Ok were dat sulve Segell nicht vullenkamen gelik sinem schilde,* he in vele steden effte gaisfenster maken lathen hedde, szo dar aue feyleden twe grekefche boktave also E unde M. dat sse ock szo bewifzedt hedden. Item id were ock kundich und apenbar, dat z. l. i. g. e.



zelige Eggert meyger In deme Iarhe, do he vorstorff, siner vernunft unde Vorstandes gans szere feylde, uth düssen vorhopeden sze, dat szodane öres huesheren zeligen Eggert meygers testament van nener werde were etc. Welckes alle dan der Ergenanten gretaken bockemans und öreme vorfraken nicht wart tho rechte beantwordet, noch ock nicht bygelecht, sunder bewegende voravergagan, und begeret, sze mit rechte tho vorfchedende.

Worup de Erfzame Radt na reper betrachtunge clage unde anthworde gelopen, schededen vor recht, Angefzen dat van deme Klagere de Infrage und an hworde des beclagenden na rechte nicht wurden gestraffet, und bygelecht, moge datfulve testament tho rechte nicht bestan, Sunders sy van nener gewerde und tho rechte unbestendich.

## D.

*Denckelboek. p. CXLIII. col. 2. Heren Renward denen Testament.*

*Wy Borgermessere unde Raedmann der stadt to Bremen bekennet und betughet openbaer in dessen breve dat Her Renwerd dene unse borgemeester unde Crete zin hufvrow vor uns openbaer bekanden, dat se myt beradenen mode unde wyllen unde Vullhort erer erven hebbet gegeven in de ere Godes unne Zalicheid erer twier Zels er natschreven gud myt all erer rechticheid unde tobehoringe, alle de helfte erres gudes in deme stedingelande geheten to den hufen, unde buwet nu ton tyden Iohan errikes, des de ander helfte horet Iohanne van lese. Vorthmer eyn gued to Ride dat Kersten Prenes sone nu ton tyden buwet, twee halve hoeve landes to mandorpe de beneke Herteke nu to tyden buwet, der de ander helfte horet hinrike Prindeney, In desser wyse. Wes iarlykes van dem vorgenn. gude kumpt van tynsze na erer twyer dode dar van scholen hebben de vorwarens des vorfrees. gudes den Verdendeyl vor er arbeyd unde gheven van den anderen dren delen de dar over sind alle iabr to der stadt muwen to beterende Renthe ene bremermark unde dat ander armen luden des enen iares in grawen wande tho kleden des andern yares in lenen wanden to lynen klederen, des dridden yares in schoen, dit vorfzrev. ghuet unde dusse ghawe schulten vorwaren unde gheven na erer twyer dode Albert Kreye unse mede Raedman des ergenanthen Renwerd broder und sine Kinder unde Wobbeke unde Grete Iohan Oldewaghens und Greten Herr. Renwerd husvrouwen suster Kinder de wyle se levet. Want se over alle sind vorstorven so scholen dar don to ewighen tyden de III borgemeester to Bremen de den sind to der tyd. Tho ener betbuginge hebbhen wy Luters Wolers unde Bernd merk Borgmeesters Gerd van dettenhufen Hin*



rik van Hasbarghen unde Hinrik van der Trupe Raedmann to Bremen  
*unser stad Ingefl. gebangen so dessen breuo.* Datum anno M<sup>o</sup> CC-  
 CC<sup>o</sup> quinto in crastino bid. Victor. et corone martium.

In margine adscripta invenitur sequens nota;  
 „Hic multi Senatorum omitti sunt. vid. p. 39. ubi  
 „etiam duo omitti videntur etc.

## E.

Urkunde der Stadt Bremen,  
 wie es in Uffrichtung der Testamente gehalten werden sollen.

Productum Spirae MDLXXI. Septembr. 6.

Wir Bürgermeister und Rathmanne der Stadt Bremen thun kund und  
 bekennen hiemit öffentl. in Krafft dieses Briefes, daß in Rechtfertigung  
 und Sachen weiland Diederichen von Mandelstohle fälliger nachgelassener  
 Wittiben, Klägerinn eines und dan Tummisten und Arpen die Waihen  
 Becl. andern Theils an dem hochlöbl. Kaif. Kammergericht sich unent-  
 schieden enthalten auf unterthänigste Beförderung jezterwehnten Becl.  
 uns Kaiserl. Compulsoriales um Edirung und Darreichung glaubwürdiger  
 schein u. Urkunt, welchergestalt u. maffen bei uns nach unser Stadt Sta-  
 tuten und Wonheiten Testamenta beständiglich zu machen und insonder-  
 heit ob nicht die Zeugen, so idonei Rathspersonen oder zum wenigsten  
 uns dem Rath mit Eiden und pflichten verwand und zugethan seyn müssen,  
 nothurfftig weren intimiret und überantwortet worden. Wann wir dann  
 uff solche uns überreichte und zugekommene Compulsoriales (die wir mit  
 unterthänigster Reverentz empfangen) der Röm. Kaiferl. Maj. unterm al-  
 lernädigsten Herrn underthänigsten gehorsam zu leisten, ohne das auch  
 auf mennigliches Ansuchen, zu steuer und beförderung der Gerech-  
 tigkeit der Wahrheit Zeugniß zu geben uns schuldig erkennen. Als cer-  
 tificiren wir hiemit in Krafft dieses Briefes; Ob wohl unfre beschwohrne  
 Stadtrechre, wie und mit was Solennitäten die letzten witten allhie bei  
 uns zu ordnen nichts besonderliches in specie statuiren, daß dennoch  
 bei uns löblich und gebräuchlich von alters hergebracht, do jemand un-  
 ser borge in unser Stadt zu testiren entschlossen, daß derselbe solchen  
 seinen letzten Willen vermöge unsers beschwornen Stadt-Rechts des vier-  
 tens in den Urtheilen (des Inhalts, was Klage gelanget für Gerichte die  
 höher als eine Bremermark, daß solches mit schwornen zu bezeugen)  
 für zweien unsers mittelz Rathspersonen setzen und ordnen, und darinn  
 die



die Stadtmauer, dergleichen den alten Weg (die Huckelride geheissen) begünstigen und die Testamentarien, so darinn zu ernennen Bürger alhier zu Bremen seyn und solch sein Testament auf sein Bitt und Ansuchen von denselben Rathspersonen versiegelt, volgens aber nach Absterben des Testirers inwendig einer Monatsfrist von den erwähnten Rathspersonen für uns eidlich eingezeuget, und in ein dazu verordnet Buch registriret werden müsse: welche Testamente alsdann vor beständig in formalibus anzunehmen und zu halten seyn: die aber so ausserhalb solcher Form gerichtet, gleichwohl menniglichem zu seinem Rechte zu registriren verstatet, von uns aber in ihren Würden und Unwürden ungedisputiret gelassen werden. Und des zu Urkund haben wir Bürgermeister und Rathmann obgemelder unser Stadt-Secret hierunter an diesen Brief zu henken befohlen. Geschehen nach Christi unsers Herrn Heylandes und Seeligmachers Geburt funfzehnhundert darnach in dem ein und siebenzigsten Jahre den vierten tag des Monats Martii.

(L. S.)

F.

Umme manigerley Handell gebreeck unse Vorsumenisse willen de manck unsenborgeren unde Inwoneren na uren latesten willen in den Testamenten gefallen bygekamen unde geschen ys, heft de Radt mit der gansen Witheit rypliken darup geschloten affleggen unde beden laten, dat mer na desser tydt eynes yewelikenn Testament unde leste wille, schole dorch sine Testamentarisse dar to geset unde gekoren, wanner de mynsche in Gott de heren sy vorstorven, vorth binnen den negeften maenthe darna, vor den Radt gebracht werden, unde darfulves hir in dit Bock (na godesbordt MCCCCC unde eyn yar to der vorkundinghe des Rades upgenomen) scriven und aneken laten by teyn marken, eynes yeweliken Testamentarisses oft se deme so nicht en deden, unde scholen dat dan noch vorbringen und scriven laten, unde dat sulve Testament denn binnen yare unā dage vorth darna sunder myddell vorfullen, up dat eynes yeweliken lateste wille moge na sinem begerte tor selen salicheit genoech unnd vulgedaen werden, Were ock fake oft welke Testamentarisse desset wo vorcreven. so nicht en helden und darynne hartborich wurden den will de Radt des doden nalaetenn gudt anfaen, und dat Testament dan na sinem inholde vorfullen laten.

N 3

G.



## G.

Aufgethane Proposition Gestalten zum öfftern und noch vor kurzer Zeit sich eräugert, daß einige errichtete Testamena nicht in gehöriger Zeit, nach anweisung hiesiger Stadt-Gesetzen, zur publication bey Versammlung Eines Hochweisen Raths, sind eingereicht, sondern einige lahre nacheinander, suppressiret, ja wol gar heimlich cassiret und zerriffen worden; wodurch dann theils weitläufige und beschwerliche Processus veranlasset, theils auch des testatoris Wille gänzlich aufgehoben und zernichtet worden; Als hat ein Wol-Edler und Hochweiser Rath in Pleno concludiret, daß hinfort, wann ein Testament gemacher, und solches nach des Testatoris absterben, *von denen zurückgebliebenen Erben*, nicht innerhalb vier Wochen, dem zeitigen Herrn Praesidenten, zur publication eingereicht wird, der Herr Camerarius die in der kundigen Rolle, dieserhalb angeetzte, oder nach befinden, eine grössere Geld Busse, ohnfehlbarlich eintreiben solle. Es ist dabeneben hiebey beschloffen, daß, bei nechstkünftig wieder zu publicirender kündiger Rolle, die zu zehn Marck gesetzte Straffe, nachhin auf Sechszehn Reichsthaler erhöhet, und dieselbe demächst, oder auf ein mehreres, nach proportion der Zeit und anderer Umstände, insonderheit wann es vorsetzlich gechehen sollte, wirklich ohne alle ausnahme und Nachlaß beigetrieben werden soll, Immittelt bleiben die Testamena parentum inter liberos und andere letzte Willenserklärungen, wobey solche Solennitäten nicht erfordert werden, falls keine substitutiones darinnen verfaßet, hievon eximiret, jedennoch sollen auch dieselbe, innerhalb obbestimmter Zeit, dem p. t. praesidirenden Herrn Bürgermeister, bei vorhin gemeldeter Straffe, zur particulairer eröffnng in seinem Hause eingeliefert werden.

Conclusum Breae in Pleno d. 20. Maji 1729. et Publicatum beym Ober-Gericht d. 30ten Maji eiusdem anni.



Göttingen, Diss., 1770

ULB Halle

004 590 627




3

f  
56.









*Pr. 55. num. 51.*  
*1770, 6*

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**TESTAMENTIFACIONE  
BREMENSI**

QVAM  
POTENTISSIMO PRINCIPE ac DOMINO  
DOMINO  
**GEORGIO III.**

*1770*

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
DEFENSORE FIDEI DVCE BRVNSVICENSI AC LVNEBVRGENSI  
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE  
RECTORE GEORGIAE AVGVSTAE MAGNIFICENTISSIMO.

INCLVTI IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE ET PERMISSV

PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE ET LEGITIME CONSEQVENDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

HENRICVS LAMPE  
BREMA-SAXO



D. XVI. IVNII C1DDCLXX.

GOTTINGAE  
LITERIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.

